



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatiſ, eorumque
Ministerijs - In ſeptem Tractatus distributus ...

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1629

Tractatvs Secvndvs. De Sacroſanctæ Miſſæ Sacrificio, ac de perfectione
qua illud ſit celebrandum & audiendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)



TRACTATUS SECVNDVS.

DE SACROSANCTÆ MIS-
SÆ SACRIFICIO ; AC DE PERFECTIO-
NE QVA ILLVD SIT CELEBRANDVM,
& audiendum.

CAPVT I.

ESSE OBLIGATIONEM OFFERENDI DEO SACRIFICIA
*ob diuersos fines; valdeque conueniens, vt vnum aliquod esset infinita digni-
tatis, & valoris pro omnibus.*



PRIMUM AC PRÆCIPUUM Sacerdotum Munus est offerre Sacrosanctum Missæ Sacrificium; cuius nunc excellentias aggredimur. Ad quarum maiorem notitiam rem paulò remotius auspicabimur: hoc premisso fundamento: quod lex Naturalis sit cordibus nostris infixæ, quæ nos impellit ad honorè, adorationè, & reuerentiam magno Deo ac Domino nostro deferendam, ob infinitam eius maiestatem & excellentiam; & propter dona, quæ ab immensa eius liberalitate accepimus. Si enim Diuino præcepto obstricti sumus ad nostros parentes honorandos propter Esse quod nobis dederunt? quantò magis tenebimur Creatorem nostrum honorare, à quo & illi ipsi, & nos accepimus Esse, vitam, alimenta, & omnia, quæ habemus, bona? Et cum ex anima & corpore compositi simus, & verumque à Deo acceperimus: ideo honorare illum tenemur, non solum actibus animæ internis, sed externis etiam corporis actionibus: quibus coram cæteris hominibus manifestemus reuerentiam & subiectionem nostram erga eum. Hinc autem duo oriuntur sacrificiorum genera, quibus Deum possumus honorare: alterum generale, quod ex pietate ac deuotione cuiuscunque fidelium oritur; de quo genere ait S. Augustinus:

S. Tho. 2. 2.
q. 84. a. 2.

Lib. 10. de
ciuit. Dei.
c. 6.

N 2.

quodcun-

e Psal. 50.
19.

2. 2. q. 85. a. 3
ad 4. & a. 4
ad 3.

Lib. 14 de
Trinit. c. 4.

quodcunque opus bonum, in honorem Dei, & nostram beatitudinem consequendam directum, esse Sacrificium. Quo nomine Scriptura Sacra appellat a *cor contritum & humiliatum*; orationes & laudes Dei, ipsam carnis macerationem, elemosynas, & quæcunque dona ad cultum Diuinum offerantur; quæ tamen magis proprio nomine (vt S. Thomas ait) *oblatores* dicuntur. Et eadem ratione omnes fideles Scriptura Diuina appellat Sacerdotes: eò quòd hoc modo creatori suo offerant Sacrificia. Sed est aliud sacrificium verum ac proprium à Deo Domino nostro institutum aut ab eo, qui eius habet authoritatem, ad ipsum eo modo honorandum, quo ipse vult ab hominibus honorari, in signum infinitæ suæ excellentiæ. Et in tali sacrificio (quodcunque illud sit) quatuor (vt S. Augustinus aduertit) sunt consideranda: persona scilicet, *cui offertur, ipse offerens, res oblata, & in cuius utilitatem, aut in quos fines dirigatur.*

§. I.

I
S. Thomas.
2. 2. q. 5. a. 2
2 Exod. 22
20.
Sessi. 27. c. 3
ex S. Aug. 4
de ciu. c. 27.

22

22

22

2

b Hebr. 5. 1.

3
2. 8. 3.

P R I M U M I s, cui Sacrificium offertur, est solus D E V S Trinus & Vnus in testimonium veræ ipsius Diuinitatis, & ad ipsum adorandum adoratione Latriæ, quæ propria est solius Dei: ac propterea mortis pœna constituebatur in lege antiqua ei, a *qui immolaret Diis, præterquam Domino soli*: quia cæteri Diij sunt falsi, & omnis honoris indigni. Et quamuis Ecclesia (vt ait S. Concilium Tridentinum) in honorem & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas celebrare consueuerit, non tamen illis Sacrificium offerri docet; sed Deo soli, qui illos coronauit: quare nec Sacerdos dicere solet: offero tibi Sacrificium Petre vel Pauli; sed Deo, de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia imporat: vt ipsi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris. P E R S O N A offerens hoc Sacrificium, est verus Sacerdos, ad id authoritate eiusdem Dei constitutus. Quamuis enim omnes fideles offerre ei possent dona & oblationes modo prædicto: non est tamen eis concessum, vt publicum offerat Sacrificiũ, quo honor Deo deferretur à tota Ecclesia, & Christiana Republica; sed iis tantum, qui nominatim sunt Sacerdotes ad id constituti; iuxta illud Apostoli: *b omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & Sacrificia pro peccatis.* neque pro arbitratu suo licet ei eligere qua sunt offerenda: nam & illa sunt constituta per eandem Dei authoritatem vt signa sint supremi honoris & cultus, quem vult sibi deferri. Quod, vt cõstet manifestius, ipsas etiam ceremonias, quibus res illæ sunt offerendæ, præscribit: ex quib. notũ fiat, ea esse signa sacra, & honorẽ signifiçatã, qui soli Deo exhibetur. Hunc in modũ in Legge naturali, speciali suo instinctu

docuit

docuit Abel, Noe, Melchisedech, & Iob Sacrificia, quæ offerre ipsi deberet Id quod ita esse ex eo apparet, quod de Noe scribatur: quod c. tollēs de cun-
Etis pecoribus & volucribus mundis, obtulerit holocausta super altare Domino. Vo-
 car autem mundas (vt aduertit S. Chrysostomus) eas quas D. N. designa-
 uerat, vt ipsi in Sacrificio offerrentur: siue id reuelauerit ipsi Noe, siue eius
 prædecessoribus Seth, & Enoch: per quorum traditionem id nouerat. Sed
 clarius adhuc, ac distinctius in Lege veteri instituit duo rerum genera,
 quæ ipsi offerrentur; & duo similiter genera Sacrificiorum: quædam
 cruenta, quibus animalia & aues mactabantur; alia incruenta, quibus ter-
 ræ fructus offerebantur: quales erant tortæ panis, vinum & oleum; in qui-
 bus speciales aliquæ cæremoniæ adhibebantur; aut in altum eas ele-
 uando, aut in partes secando, aut comburendo igne communi, aut ali-
 quo ignis genere, aut eas effundendo, aut aliquid ex eis comedendo: vt
 eo modo Deum honorarent, quo ipse volebat. Nam aliàs (vt S. Augustinus
 ait) Sacrificium de rebus, aut cum cæremonijs ex proprio offerentis capi-
 re adiuuentis, non Religionis, sed vanæ superstitionis opus haberetur.
 Denique ij, pro quibus Sacrificium offertur, sunt fideles id petentes; qui
 olim tradebant Sacerdoti res pro ipsis offerendas; & hoc nomine dicitur
 etiam de eis, quod offerant Sacrificium per manum Sacerdotis, cui obla-
 tionis materiam tradiderunt.

Ex His apparet, verum Sacrificium (& idem suo modo intelligen-
 dum est, de quacunque oblatione) duplicem habere actum; alterum in-
 ternum, alterum externum, quos S. Augustinus appellat sacrificium inui-
 sibile & visibile; & visibile esse signum inuisibilis; quod consistit in acti-
 bus intellectus & voluntatis: intellectu enim agnoscitur Deus esse pri-
 mum principium, vltimus finis, & supremus rerum omnium Dominus;
 voluntate autem optat se subijcere ei ex toto corde, & opere externoque
 signo, quod ipse constituit, Diuinam eius excellentiam confiteri ac pro-
 testari. Et hoc interius Sacrificium dat Esse & vitam externo & visibili:
 quod consistit in eo opere, quod Sacerdos adhibet circa res, quas offert.
 quo opere res illæ sanctificatæ remanent, & veluti sacratæ, Deoque ipsi
 dedicatæ: vt apparet in Sacrificio Agni Paschalis & panum Propositionis.
 Et quoniam huius operis possunt esse tres quatuorve fines & moti-
 ua præcipua: colligit S. Thomas; Deum D. N. in antiqua Lege tria
 solemniorum Sacrificiorum genera constituisse. *Primum* ac prin-
 cipale erat, ad honorandum Deum propter infinitam ipsius maiesta-
 tem: quo offerens optabat, plene se coniungere cum ipso per amorem
 accensum & inflammatum. Ac propterea totum comburebatur igne:
 & vocabatur *holocaustum*, quod significat omnino combustum & consum-
 ptum.

c. Genes. 8.
24.
Homil. 24
in Genesim.
Vide Pereri.
lib. 11. in
Genes. Di-
scut. 2.

4

Lib. 5. de ci-
uit. 6. 5.

S. Tho. 2. 2.
q. 85. a. 7.
ad 2.

2. 2. q. 101.
ad 8.

Secundum Sacrificium erat, ad gratias Deo agendas ob accepta beneficia & tunc appellabatur Sacrificium *laudis & gratiarum actionis*. Quod si offerre-
batur ad petenda, & recentia beneficia obtinenda, vocabatur etiam
hostia pacifica; quia eius finis erat impetrare salutem & pacem corporis
animæ pro ipso offerente. Et in utroque casu ipsum munus, quod offerre-
batur, in tres diuidebatur partes. Prima consumebatur ad honorem Dei.
Secunda tradebatur ipsi Sacerdoti in alimentum; tertia reddebatur ipsi
offerenti in signum quoddam huiusmodi beneficia proueniant à Deo per eius
Ministros, in bonum & utilitatem eorum, qui ipsum honorant, gratosque
se exhibent, & remedium suarum necessitatum ab eo petunt. *Tertium* Sa-
crificium erat, ad satisfaciendum pro peccatis: quod propterea appella-
batur *hostia pro peccato*, aut *Sacrificium Propitiatorium*. Tendebat enim ad
placandam iram Dei, eumque reddendum propitium ad ea remittenda.
Et hoc diuidebatur in duas partes: quarum altera igne absolvebatur; alte-
ra verò tradebatur Sacerdoti; nihil verò reddebatur offerenti; ut signifi-
ficaretur nullum peccati vestigium debere in ipso remanere. Et propter
eamdem causam, cum Sacerdos illud pro suo proprio peccato, aut pro
communis omnium offereret: consumebatur totum Sacrificium, nulla
parte sibi retenta: ut significaretur, nec ullum quidem signum remanere
culpæ. Sed cum illa Sacrificia essent imperfecta, non efficiebant quod si-
gnificabant; nec propria virtute maculas mundabant animæ: nisi tantum
esset offerentis deuotio, ut ad id sufficeret: eò quod verè perueniret ad
veram contritionem.

§. II. *Necessitas Sacrificii cuiusdam, quod
infinite esset valoris.*

EX DIC TIS incipere licet in lucem deducere necessitatem, cur Deus
instituerit in mundo Sacrificium aliquod excellentiæ infinite: quod
posset ipsi offerri ob tres quatuorue fines, ad quos dirigebantur Sa-
crificia. Omnia enim illa quandam rationem habent amplitudinis ad
infinite, ut nullum Sacrificium, nisi quod sit verè infinitum, possit ei ad-
æquari. Nam primum si excellentiam ipsam Diuinam intueamur, ad cuius
horem Sacrificium præcipue dirigitur: satis apparet eam esse om-
ni ex parte infinitam; eiusque Sapientiam & magnitudinem non habere
finem. Omnes enim Sacerdotes huius mundi in eius conspectu sunt quasi
non essent. Et ut Isaias dixit: omnia ligna a *monte libani non sufficient ad faci-*
endendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum. Quamobrem dixit
Micheas: *b Quid dignum offeram Domino? Curabo genu Deo excelso? aut
quid offeram es holocaustum? & vitulos anniculos? quæcunq; creata sunt, con-*
*sentur nihil, si cū eo conferantur, quod Deus promeretur; eò quod sit ipse
qui est: quomodo igitur aliquid offerri potest quod sit par Deo, immen-*
sa adeo

a *Isaia. 40.*
16.

b *Mich. 6. 6.*

sa: adeò Maiestatis? Quod si beneficia ipsa aspiciamus, pro quorum gratitudine Sacrificium offertur: illa quoque sunt infinita: eò quòd eorum largitor sit infinitus, & amore infinito illa tradat; eorumque numerus etiam sit infinitus: imò eorum multa præstantiam habent infinitam, quatenus eleuant nos ad Esse gratiæ, & naturæ Diuinæ participationem, ac gloriæ illius hæreditatem. Et omnia illa simul excessum efficiunt adeò infinitum, vt stupefactus David dixerit: *c. Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Et quæ Sacrificia offerre illi possum, quæ tantis beneficijs possint respondere? Quicquid enim ego habeo, nihil est: si conferatur cum plurimis, quæ ipse mihi donauit, ac promisit. Hoc ipsum dicere licet, si attendamus ad beneficia, quæ per Sacrificiũ intendimus impetrare: quæ etiam sunt infinita, & omnia excedunt, quæcunque habemus, & pro illis offerre possumus. Cum dixerit Apostolus: *d non sunt condigna passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Meminit verò passionum, siue afflictionum potius, quàm aliorum operum: eò quòd illæ maiorem homini adferant molestiam & pœnam; & ex eis confici potest Sacrificium maximarum expensarum, quas possumus Deo offerre, ad impetranda præmia nobis promissa. Quid autem dicam de peccatis pro quorum remissione Sacrificium offertur? quæ (vt ait S. Thomas) suam etiam habent infinitatem: eò quòd tendant contra Deum. Eò enim grauior centetur offensio: quòd maior est persona offensa: cumque Deus infinitæ sit magnitudinis & amplitudinis: ita iniuria in eum facta, est quoque infinita, vt nullum puræ creaturæ Sacrificium possit ei æquiparari. & in hoc sensu dixit Micheas Propheta: *e quid dignum offeram Domino? quod meæ culpæ sit par? nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo. fructum ventris mei pro peccato anima mea?* Quod etsi facere liceret: adhuc id totum esset modicum, ad satisfaciendum pro delicti mei grauitate. Et pariratione modicum conferetur, ad reddendum debita æqualia pœnis per nostras culpas promeritis. Pœna enim, quam dicunt *Damni*, eo nomine est infinita, quòd Priuet in æternum clara Dei visione; pœna quoque sensus est infinita quoad durationem: vtraque enim est æterna in iplo inferno. Ideoque damnatus dicere etiam potest, quod est apud Iob scriptum: *f peccauit & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi.* Cum igitur Dei Maiestas videret omnia Sacrificia, quæ puri homines offerre possent, esse finita & limitata: tam ex parte rei, quæ offertur, quàm ex parte ipsius offerentis; (cum enim vtrumque sit res creata: non potest valorem & vim habere, quæ non sit limitata) decreuit profundissima ac benignissima prouidentia conferre homini infinitam dignitatem Dei, coniungens Verbi Diuini Personam cum humana natura: vt Sacrificium quoddam offerre pos-

set in-

2

c Psal. 115. 7.

3

d Rom. 8. 18.

4

3. p. 9. l. a. 2
ad 2.

e Mich. 6. 7.

f Iob. 33. 27.

5

3 p. 9. 22.
4 2.

g Hebr. 5. 1.

set infinitum, tam ob infinitam offerentis dignitatem, quam ob infinitum rei oblatae valorem, quæ erat ipsemet Deus Incarnatus. Quod S. Thomas aduertit simul fuit Sacerdos & Sacrificium: & in utroque infinitus. Nam Sacerdos infinitus non debuit nisi oblationem infinitam offerre; & infinita oblatio non debuit ab alio præcipuè offerri, quam à Sacerdote infinito. Et quemadmodum ut esset Sacerdos, necesse erat, esse hominem (nam, ut Apostolus, dixit; *g Omnis Pontifex ex hominibus assumitur, & pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum*): ita etiam oportebat esse Deum, ut Sacrificium eius valorem haberet & virtutem infinitam. Et quamuis quælibet Diuinarum Personarum potuisset hoc opus æque excellenter expedire; eod quod in omnibus sint æquales, & vnus, idemque Deus; disposuit tamen Diuina sapientia: ne prima persona, hoc est Pater, fieret homo; nam eum ipse principium esset & origo reliquarum duarum: potius competebat ei, ut esset persona, cui sacrificium offerretur, & ipsa illud acceptaret: quam esse Sacerdotem, qui illud offerret, & conuenientius iudicatum est, ut vnigenitus eius filius fieret homo, essetque Sacerdos: cuius figura in lege Naturali fuit, quod primogeniti succederent suis parentibus in Sacerdotio; honorando hac ratione officium ipsius & sic ostendendo magnam opinionem & æstimationem, quam de hoc opere haberet, ac de finibus, ad quos dirigebatur; & ingentem amorem, quo nos prosequeretur: cum daret nobis maximum Sacerdotem & Sacrificium; quod eius diuina Sapientia adinuenire, & Omnipotentia eius perficere potuit, quo facto simul nos obligat, ut ipsum amemus, omnibusque nostris viribus glorificemus; & opus hoc, ut par est, magni faciamus, & in nostrum commodum illud conuertamus; offerentes ei ex parte nostra rem preciosissimam, quam habemus: cor scilicet nostrum, & interiorum affectuum nostrorum primogenitum: hoc est ipsum amorem; offerentes hoc nostri ipsorum Sacrificium in gratiarum actionem pro eo quod magnus hic Dominus pro nobis obtulit, cum circumstantiis modis que adeo præcellentibus; ut vel ea audientibus stuporem adferant: ut in capite proximo apparebit.

CAPVT I.

DVO STVPENDI MODI QVIBVS CHRISTVS DOMINVS
 Noster sui ipsius Sacrificium obtulit; & vterque est excel-
 lentia infinita.

SED VLTERRIVS PROGRESSA EST INFINITA Dei nostri
 Charitas in modo offerendi hoc Sacrificium. Nam ad eos fines obti-
 nendos, ad quos Sacrificia instituuntur, etiam cum ea excellentia,
 quam praediximus, sufficisset quaecunq; oblatio, quam Verbum Di-
 uinum incarnatum de aliqua re sua fecisset; etiamsi corpus accepisset im-
 mortale & impabile: quale habebat Adamus in Statu innocentiae. Quili-
 bet enim actus charitatis & obedientiae, quem ille fecisset, fuisset valoris
 infiniti: eò quod esset actus Dei & hominis. Sed ita tamen Diuina Sapiencia
 rem disposuit: vt corpus acciperet mortale, & patibile, vt illud in Sacrificio
 offerret, tradens illud in mortem in ligno crucis, vt pro culpa Adami satis-
 faceret; morteq; sua redimeret mortem, in quam ille, vetitae arboris fructu
 comedens, incurrerat. Et hoc est, quod praedixit Psalmista, vt Apostolus
 perpendit, cum dixit, ingredientem Saluatorem in hunc mundum, dicturu
 aeterno suo patri: a Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata pro peccato
 noluit: corpus aptasti mihi, quod sacrificari posset: & tunc dixi: ecce venio, vt
 faciam, Deus, voluntatem tuam. In qua voluntate sanctificati sumus per oblatio-
 nem corporis IESV Christi, quam semel fecit.

2 Hebr. 10. 8.
 Psal. 39. 7.

§. I. Sacrificium Passionis.

MODVM, quo id gestum est, licet intueri, cogitantes: Verbum
 Diuinum incarnatum in primo suae conceptionis instanti in vi-
 sceribus Sacratissimae virginis aperte vidisse: aeternum suum Pa-
 trem committere sibi officium summi Sacerdotis Legis suae Nouae, vt an-
 tiqua abrogaretur; & statuisse Sacrificium corporis & sanguinis sui, quod
 in ara crucis oblaturus esset, loco Sacrificioru antiquorum, quae inania erant
 & vacua, & tantum vmbrae quaedam, & figurae huius Sacrificij. Quod offi-
 cium cum ipse acceptasset: aeternus eius Pater ipsum vnxit, tanquam sum-
 mum Sacerdotem, oleo gratiae & laetitiae, constituens eum caput Ecclesiae
 totius. Et ideo vocauit illum Christum, hoc est vnctum. Et tunc statim
 ipse Sacrificium internum sui ipsius obtulit: quod consistit in genera
 quadam voluntate, qua summus hic Sacerdos seipsum obrulit aeterno Pa-
 tri, cum eo animi decreto, vt corpus suum morti traderet pro redemptione
 mundi, eo tempore & loco, eoque modo, quo eius pater ipsi consti-
 tuerat. Et in hac voluntate (ait Apostolus) sanctificatos nos fuisse: quia illo

suo actu sanctificationem nostram fuit promeritus; & eum actum vocat oblationem corporis Iesu Christi: additque eam fuisse factam *semel*: nam in quo fuit incarnatus, donec in cruce expiravit, per totam eius vitam fuit una oblatio & Sacrificium continuatum; in quo quotidie aliquid faciebat & patiebatur, quod ad integram huius oblationis perfectionem pertinebat cum magno semper desiderio adiungendi, quod de re ipsa decessit donec in cruce dixit: *a consummatum est*, meum scilicet Sacrificium. Quod etiam ipse insinuavit, cum filijs Zebedæi (ut refert S. Marcus) dixit: *potestis bibere calicem, quem ego bibo: aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari*; his enim verbis insinuavit, se continuè bibere calicem Passionis; & in renerorum dolorum baptismo baptizari; offerens acerbum illud Sacrificium sui ipsius pro nobis. Ut autem etiã intelligeretur, ipsum nõ eo lolo esse contentum, refert S. Matthæus, dixisse illis: *c potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* ita significans: se expectare ac desiderare calicem, & æternum suæ Passionis baptismum: ut eius Sacrificium consummaretur. Et quamvis executores cruciatuum & Passionis eius fuerint Demones, Iudæi & Gentiles, qui eum comprehenderunt, flagellarunt, & crucifixerunt, tamen cum ipsemet Dñs sponte sua ad hæc omnia pro nostra reparatione se obtulerit: ipsemet, & non alius, obtulit hoc Sacrificium tanquam summus Sacerdos, iuxta illud Isaïæ: *d oblatus est quia ipse voluit*, & Apollolus ait: *e Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblatione & holocaustum Deo in odorem suavitatis*. Et hoc nomine fuit hoc Christi Sacrificium significatum per illud *f Isaac*: cū scilicet pater eius *Abraham voluit illum offerre in holocaustum*, ut obediret Deo, id sibi præcipienti. Et S. Thomas aduertit, in tota scriptura sacra non legi, quod Isaac obtulerit aliquod Sacrificium, sicut ceteri Iusti, ut ex eo intelligatur generosam illam voluntatem qua se obtulit Patri suo, ut sacrificaretur, fuisse excellentissimum Sacrificium & sui ipsius oblationem: in qua referebat Sacrificium Iesu Christi D.N. quod cum a deo esset excellens, ac præstans, non opus fuit alterius mentionem facere.

Ex quo fit, ut hoc unico Sacrificio perfecit Christus Dominus noster exactissimè, quod spectat ad tres illos fines & fructus Sacrificiorum. Nam (ut idem S. Thomas asserit) hoc solum fuit Sacrificium Propitiatorium pro peccatis; hostia Pacifica pro beneficijs; & holocaustum ad honorem Dei. Quamvis autem omnia hæc simul fuerint in Passione Christi Domini quo ad nos: in singulis tamen est aliquid speciale perpendendum. Nam per eam Christus Dominus noster summè glorificavit æternum suum Patrem; & summum quem potuit detulit honorem, in testimonium obedientiæ & subiectionis, quam exhibebat quæ homo, agnoscebat Patrem, quæ Deum, se maiorem. Ac propterea in oratione, quam

fecit

a Ioñ. 19. 30.

b

Marc. 10.

38.

c Matt. 20.

22.

S. Tho. 3. p.

q. 22. a. 2. ad

1. & 2. & q.

48. a. 3.

d Isaia 53. 7.

c Ephes. 5. 2.

f Genes. 22.

e. 2. q. 85.

a. 1. ad. 30.

p. q. 12.

a. 2.

fecit post vltimam cœnam, dixit: *g Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam.* Quodnam autem opus illud fuit, nisi ipsa mundi redemptio mediante ipsius passione, quam sibi imminetam tanquam præsentem aspiciebat? qua clarificabat & honorabat Patrem, à quo fuerat ipsi commissa. Et cur Abraham filium suum Isaac obtulit in holocaustum? non sanè propter peccata: quia nulla eorum tunc facta est mentio; sed in testimonium obedientiæ, & fidelitatis, quam erga suum Deum gerebat. qui propterea ei dixit: *h nunc cognoui quod times Deum, & non pepercisti vni genito filio tuo propter me.* Ita etiam IESVS CHRISTVS D. N. obtulit se in mortem, in signum reuerentiæ & obedientiæ, quam erga suum Patrem habebat; idque tali affectu & promptitudine: vt, si ille iussisset offerri sibi illud Sacrificium, non propter mundi peccata, sed eo solo nomine, quod libenter videret eum in tali actione sibi seruire: Christus Dominus cum summa sua voluptate Patri obediisset, vt sua illa oblatione eum honoraret, & ostenderet accensissimum ignem amoris, quo holocaustum hoc sui ipsius ei offerret. Idem holocaustum obtulit etiam in gratiarum actionem propter omnia beneficia, quæ ipse, quæ homo, & reliqui homines ab æterno suo Patre acceperant: ipse siquidem nomine interrogans Dauid: *i Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi: Calicem (inquit) salutis accipiam,* hoc est calicem Passionis & mortis, *quæ est pretiosa in conspectu Domini.* Eundem etiam obtulit calicem, vt impetraret sibi beneficium glorificationis corporis sui, quæ illi deerat; nobis verò omnia bona gratiæ, in quibus nostra Sanctificatio consistit. Quod Apostolus insinuauit, cum dicens Christum Dominum esse Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, statim adiecit: *k Qui in diebus carnis sue preces supplicationesque ad eum, qui posuit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.*

PRÆCIPUE tamen hoc Sacrificium Passionis oblatum fuit ob remissionem nostrorum peccatorum, & pœnarum, quibus propter illa eramus digni: vt nostra redemptio valde esset copiosa: exsoluit enim omnia debita nostra non solum ad æqualitatem, sed etiam cum infinita superabundantia. Nam etsi peccata nostra multò plura fuissent, & absque numero: valor huius Sacrificij & suffecisset pro omnibus, & pro totidem alijs superfuisset. Ita tamen hic finis est magis præcipuus: quod, nisi fuisset peccatum, non obtulisset CHRISTVS Dominus Noster tale Sacrificium.

Et in hoc sensu Concilium Ephesinum anathematizat dicentem: Christum

g Ican. 17
1.4.

h Genes. 22.
12.

i Psal. 115. 12.

k Heb. 5. 7.
S. Tho. 3. p.
q. 22. a. 4.
ad 1.

S. Tho. sup.
in Arg. Sed
contra.

11. Ioan. 2. 2

m Heb. 9.
25.

n xerf. 12.

o Heb. 10. 11.

Dominum nostrum obtulisse Sacrificium pro seipso, & non pro nobis tantum: nō enim (inquit) opus habet Sacrificio, qui caret peccato: cumque Christus Dominus nullum habuerit: idē non opus habuit pro se offerre Sacrificium, quod appellabatur Propitiatorium pro peccatis. Sed illud obtulit pro nobis: nam vt S. Ioannes dixit: *Christus est propitiatio pro peccatis nostris, & totius mundi*: quatenus in hoc sacrificio dedit pretium sanguinis sui, qui est infiniti valoris: vt propter eum possent omnes peccatores integram suorum peccatorum remissionem obtinere: ita vt non indigerent alio sacrificio, per quod nouum aliquod pretium sibi quærerent ad reddendum pro illis. Et in hoc sensu dixit Apostolus ad Hebræos: *Christum Dominum nostrum non opus habuisse vt m saepe offerret semetipsum in sacrificium: alioquin oportuisset eum frequenter pati ab origine mundi, ad remittenda peccata, quæ sensim in mundo admittebantur; sicut Pontifex intrabat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno, hoc est animalium: eod quod non sufficeret vnus eius ingressus ad remissionem omnium peccatorum, Nolter autem summus Pontifex Iesus semel in consummatione seculorum, ad restitutionem peccati, per hostiam suam apparuit; & n per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æterna redemptione inuenta: ita vt eam repetere non sit necesse. Et o omni: quidem Sacerdos quotidie ministrat, & ea dem saepe offert hostias, qua nunquam possunt auferre peccata; Christus autem vnā pro peccato offerens hostiam, vna oblatione consummauit in sempiternum à se sanctificatus. Quamobrem æquissimum est, vt omnes eum laudemus, & continuè eum seruamus: qui tam multa facere, & nostræ reparationis causa, pati voluit.*

§. II. Sacrificium vltima Cæna.

MVLTD adhuc magis progressa est superna Dei nostri providentia, & infinita erga nos charitas. Quamuis enim crucis sacrificium fuisset ad prædictos omnes fines abundè sufficiens: pretiumque & valorem omnino sufficiens contineret pro infinitis peccatis, & infinitorum mundorum: vidit tamen valde expedire, vt sacrificium aliquod esset, quod perpetuè in Ecclesia, quam recens erigebat, perduraret, memoriamque renouaret Sacrificij passionis suæ; & cuius homini in particulari fructum & pretium applicaret, quod ibi fuit comparatum. Et quamuis ad id suffecisset aliquod Sacrificium alicuius agni, aut tortæ meri panis, vt olim fiebat: ita, vt quemadmodum agnus, quem Hebræi sacrificabant, significabat mortem futuram Messæ, quem ad suam reparationem expectabant: ita agnus, quem Christiani sacrificarent, significet mortem iam transactam ipsius Messæ, quam ille pro vniuerso obtulit mundo. Immensa tamen eius charitas noluit alium agnum, sed seipsum offerri: adinueniens aliud

Sacrifi-

Sacrificium, (si tamen aliud, & non idem diuerso modo est entendum) quo eadem omnia cum infinita quadam excellentia ac dignitate praestaret. Quare in nocte vltimæ cœnæ sollemnissimum & sacratissimum instituit Sacrificium, cuius materia esset panis, & vinum, non remanente ipso puro pane, & vino; sed consumpta & omnino transmutata panis & vini substantia, & conuersa in propriam suam carnem, & sanguinem cum eius Diuinitate coniunctam, remanentibus tantum accidentibus, quæ substantias illas tegebant. Vt idem ipse Sancto hoc velo tectus, & sacrificio hoc incruento (quia nulla in eo fit recens sanguinis effusio) referret, & in memoriam reuocaret verè cruentum suæ Passionis Sacrificium, pretium quæ & fructum eius applicaret ipsi offerenti: vt particeps esset ipsius oblationis, comedens Diuinum illum panem, & Sacrum bibens calicem. Voluit enim vt simul esset Sacrificium & cibus: non illud in partes diuidendo, quod fiebat in Sacrificiis antiquis; sed totum singulis dando: singuli enim totum Christum comedunt sub specie panis, & totum bibunt sanguinem sub specie vini: vt fiant cum ipso vnum & idem.

Ex quo apparet: in vno eodemque Christo Domino (vt S. Augustinus perpendit) concurrere quatuor illa quæ in alijs Sacrificijs inueniuntur. Nam ipsimet, quæ vnus est Deus cum Patre & Spiritu Sancto, offertur ipsum Sacrificium; & quæ Deus est & homo, est summus Sacerdos, qui illud offert. Idem Deus & homo, panis & vini accidentibus velatus, est oblatio, quæ offertur. Pro quibus autem offertur, sunt Fideles, quæ sunt vnum cum ipso Christo: vt ita eos faciat secum esse vnum, sicut ex cibo & comedente illum fit vna res. Ac propterea nunquam hoc Sacrificium est sicut holocausta antiqua, in quibus Sacerdos offerens partem non accipiebat: sed potius Sacerdos, qui hoc sacrificium offert, sumere debet ipsum Sacrificium: vt cum Christo vniatur. Et ipsemet Christus, cum in nocte vltimæ cœnæ illud obtulit, etiam sumpsit quod offerebat: non quidem ex necessitate, sed vt exemplum daret eius, quod faciendum erat, ad exprimentam in seipso vnionem, quam in cæteris erat effecturus. Et quamuis tunc non obtulerit per seipsum hoc Sacrificium, propter effectus quos efficit in nobis; obtulit illud tamen simul in testimonium sui erga Patrem suum amoris; & in actionem gratiarum, ob accepta ab ipso beneficia, & victoriæ, quam ipsemet in sua Passione, & fideles in virtute ipsius consecuturi erant contra Dæmones. Eum in modum quo a *Melchisedech* Sacrificium panis & vini protulit in gratiarum actionem, ob victoriam quam Abraham de suis hostibus reportauit.

Ex quo deducitur: actionem, quam dicimus Sacrificium, in qua integra & perfecta Diuini huius Sacrificij ratio consistit, res duas completi. Prima est consecratio, per quam substantia panis & vini desinit esse,

²
Lib. 4. de
Trinit. c. 14.

S. Thomas.
3. p. q. 81. a. 1.

2 Genes. 14.
18.

3

& conuertitur in carnem & sanguinem Christi, ad honorandum Deum
 oblatione adeò pretiosa, in signum quod ipse sit supremus rerum crea-
 um creatarum Dominus. In cuius honorem, vt olim macabantur & pe-
 ribant animalia: ita nunc perit substantia panis & vini: in cuius locum suc-
 cedit caro & sanguis Christi; ad significandam mortem, quam ipse per-
 lit: vt per eam Deum honoraret. Et quoniam hæc mors non repræsen-
 tur exactè & plenè, nisi panis seorsim, & postea vinum consecratur: vt in
 significetur, carnem & sanguinem fuisse in illa morte separata: idèd vtr-
 que consecratio ad hoc Sacrificium pertinet; quod tandem perficitur a-
 tera illa re, quam offerens præstat: manducatione scilicet & consumptio-
 ne oblationis: vt sic integrum sit holocaustum, quod totum consumitur
 & exactè & perfectè repræsentet mortem & sepulturam Domini; & v-
 nionè, quam fideles eius cum ipso habent; & vt ad instar hostiæ pacificæ
 4 particeps eius fiat oblationis, qui illam offert. Ex his causam etiam licet
 deducere, cur Christus D. N. Diuinum hoc Sacrificium in forma potus
 panis & vini instituerit, quam alterius cibi; quia scilicet hæc duæ res apte
 valde sunt ad institutum, quod Dominus intendebat: vt scilicet cruentum
 Passionis eius Sacrificium, & fructus referrent. Nulla enim res plus per-
 fert, antequam ad nostrum nutrimentum perueniat, quam frumentum.
 metitur enim, trituratur, purgatur, molitur, cribratur, pinsitur, aqua co-
 quitur ad ignem, scinditur cultro vel manibus frangitur; ac denique de-
 tribus conteritur, donec in nostram conuertatur substantiam. Quod si pa-
 nis, res esset nostræ gratitudinis capax; magnam certè illi deberemus pro-
 pter tot cruciatus, quos, vt nobis vsui esse possit, tolerat: sed gratitudi-
 nem hanc exhibeamus Creatori, qui omnium horum est causa. Hanc
 igitur in modum Christus ipse Dominus noster, vt eò vsque perueniret
 vt nostrum esset alimentum, fuit falce mortis abscissus, crucis ligno &
 clavis trituratus, innumeris persecutionibus in diuersis tribunalibus cri-
 bratus, flagellis tanquã mola quadam contritus, ac denique in farno im-
 mensorum laborum excoctus: quorum omnium vt memores simus, vo-
 luit panis accidentibus textus ad nos alendos venire, & vt gratias illi aga-
 mus, ob adeò multa, quæ pro nobis fuit perpessus. Et eandem ob causam
 sanguinem suum textit accidentibus vini: quod, vt in nostrum potum ce-
 dat, calcatur in torculari, & grauis trabis pondere exprimitur, delectant
 botrum siue racemum, in quo antea continebatur, aridum. Ita etiam
 Christus Dominus noster, vt sanguinem suum in potum nobis offerret,
 calcatus fuit à suis inimicis, & expressus in torculari crucis, trabe illa adeò
 graui: ita vt Sanctissima eius caro adeò fuerit compressa, & expressa: vt ni-
 hil sanguinis in ea remaneret. Deinde cum panis & vinum proueniant ex
 vnione multorum granorum frumenti & botri, separatorum à viliori &

crassiori substantia, cui erant admixta: valdè aptè vnionem referunt fidelium Ecclesiæ Sanctæ: qui vna fide & voluntate in vnum conueniunt ad hoc diuinum Sacrificium offerendum: cuius participatione, quam in Sacra cõmunionem accipiunt, purificantur à suis culpis, & imperfectionibus; suntque corpus quoddam mysticum, valdeque perfectum; Spiritui charitatis & amoris Dei, ac proximi coniunctum iuxtà illud Apostoli: *b Calix benedictionis, cui benedicimus, communicatio Sanguinis Christi est; & panis, quem frangimus, participatio corporis Domini est; & qui de vno pane participamus, ac de vno calice bibimus, vnum corpus sumus.* Ac propterea S. August. ait: Ecclesiam comparari aræ & torculari, in quibus frumenti grana ab stramine separantur; & vinum à botris siue racemis, & vinaceis: quamuis enim in ea & boni & mali sint simul in eodem loco: quantum ad meritum autem valde alij ab alijs distant; & boni, tales fiunt, cum vitia à se separant, & virtutum ac bonorum operum puritatem retinent; quod impetrat per ipsa Sacramenta, & virtute horum duorum Sacrificiorum, quæ Saluator noster pro nobis obtulit, vt Sancti perfectè simus.

CAPVT III.

QVA RATIONE SACRIFICIUM MISSÆ IDEM SIT CVM eo quod Christus Dominus noster pro nobis obtulit; & quanam eius sint excellentia.



X hætenus dictis licet intelligere Sacrificij excellentias, quod nunc Sacerdotes in Sancta Ecclesia offerunt, quod communiter vocamus MISSAM; quia mittitur. Nam (vt sanctus Thomas ait) oblatio hæc è cælis mittitur in terram: inde siquidem Christus Dominus noster descendit ad Sanctissimum Sacramentum: Fideles verò per Sacerdotè, & omnes per manus

Angelorum remittunt ex terra in cælum, vbi Deo offertur. Summa autem excellentiarum & amplitudinum eius in eo consistit: quod hoc sit idem Sacrificium cum eo, quod Christus D. N. in nocte vltimæ cænæ coram suis discipulis obtulit, vt ex præclaris & memorandis duabus sententiis, quas eis dixit, facile deducitur. Prima fuit, cum frangens panem, dixit eis: *a accipite & comedite, hoc est corpus meum.* in quibus verbis simul explicuit duo alia opera, in quibus Sacrificij huius substantia consistit: consecrationem scilicet & communionem.

Simul

b 1. Cor. 10
16.

Præf. in 3
Psal. 8.

3 p. 9. 83. a.
4. ad 9.
Vide Suarez
tomo. 3. di.
spue 74.
Lect. 3.

a Matt. 26
6.

Simul enim dicens & faciens panem, quem porrigebat, conuertit in Sacratissimum suum corpus: vt vera essent illa verba: *hoc est corpus meum*. Ipsi discipuli, vt Magistri sui præcepto obtemperarent, cum magna reuerentia illud acceperunt, & comederunt. Et eodem modo calicem vini plenum eis dedit, dicens: *Bibite ex eo omnes, hic est enim sanguis meus*. Quoniam tunc primum mysterium hoc illis reuelabatur, eratque in se deo arduum & excelsum: tantum fidei lumen eis Christus infudit, vt firmè id, quod dicebatur, crederent: summaque deuotione perciperent. Quoniam autem Dominus ipse volebat eos tunc Sacerdotes consecrare, vt idem Sacrificium in posterum ei offerrent: instituens ad id Sacrum *Ordinis Sacramentum: secundam* adiecit sententiam, dicens: *facite in meam commemorationem*. Et quoniam Christus Dominus nosse nunquam præcipit aliquid impossibile, neque quod natura vires excedat, nisi vires & facultatem ad id præstandum tribuat: hinc est, quod illi verbis hoc eis distinctè dicere voluit: facultatem & potestatem deo vobis ad idem faciendum, quod ego feci, iubeo autem, vt id semper faciatis. Accipite in manibus vestris triticeum panem, & calicem vini de genimine vitis, & eisdem verbis consecrate, sicut ego, conuertentes panem & vinum in corpus & sanguinem meum: & ita offerte in sacrificium, sicut ego feci: ita tamen, vt sit in memoriam mei, quia sum Deus: vt eum honorem & cultum mihi exhibeatis, qui mihi debetur: in memoriam etiam mei quia sum homo: vt sitis memores plurimorum, quæ feci, & perpeffus sum, vt vos redimerem: dum totum meum, Sanguinem pro vestrorum peccatorum remissione effudi. Hoc totum verba illa cõplectuntur, quibus, quos Sacerdotes ordinabat, monitos volebat de Sacrificio, quod essent oblaturi, ipsum imitantes. Nam (vt S. Cyrianus dixit) *ille Sacerdos vice Christi benefungitur, qui id quod Christus fecit imitatur*: simul etiam Spiritum imitando, quo ille id fecit, & sanctitatem induendo Domini illius, cuius vices gerit.

§ I,

EX P R A E D I C T I S verbis deducemus sensum aliquas Diuini huius Sacrificij proprietates & excellentias. Sitque illa prima: quod ex ipsius Christi Seruatoris nostri constitutione, illud sit futurum in Ecclesia perpetuum vsque ad finem mundi, vt enim eius memoria debuit esse perpetua: ita Sacrificium ad eam recentem conseruandam, debuit esse perpetuum. Eum in modum quo à nocte illa, qua *Hebraei exierunt ex Aegypto* agnum obtulerunt in memoriam exitus illius; mansitque lex perpetua, similem agnum offerendi, quamdiu lex illa duraret: ad ostendendam animi gratitudinem pro tanto beneficio. Ita igitur nocte Passionis Christi, in qua fuimus à seruitute Dæmonis & peccati liberati, obtulit Christus Seruator

b Luc. 22. 19
Cor. 11. 24.

Epist. 63.

a Exod. 12.
442.

nostr

noſter Sanctiſſimum hoc ſui corporis & Sanguinis Sacrificium in memo-
riam glorioſæ aded & vtiliſſimæ noſtræ libertatis : ideoque ſtatuit , per-
petuò illud eſſe offerendum in gratiarum actionem pro eodem beneficio,
quamdiu lex Euangelica , quam fundabat, perduraret : ad finem ſcilicet
uſque huius mundi. Fuitque etiam id valde conueniens : ed quòd non
poſſit eſſe lex abſque Sacerdotio, & Sacrificio, Cùm igitur Chriſtus D.N.
(vt Apoſtolus ait) legem antiquam, eiufque Sacrificia, & Aaronis Sacer-
dotium abrogauerit (quia b *translato Sacerdotio, neceſſe erat vt legis
translatio fieret; & cum teſtamentum nouũ conſummavit ſuper domum Iſrael: ve-
teravit prius*) neceſſe fuit hoc totum renouari, & in lege Noua perpetu-
ari, conſtitutis in ea perpetuo Sacerdotio, & perpetuo Sacrificio; quæ
illam comitarentur, & exornarent. Quemadmodum expreſſè per
MALACHIAM Prophetam Sacerdotibus antiquis minatus fue-
rat, dicens : *d non eſt mihi voluntas in vobis: & munus non ſuſcipiam
de manu veſtra. Ab ortu enim Solis uſq; ad occaſum magnum eſt nomen meum in
Gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Qua-
ſi dixerit: reieci iam veſtra ſacrificia, vtpote carnalia, & quæ in vno tan-
tùm loco, hoc eſt in templo Ieruſalem offerbantur: & pro ijs offerretur
mihi in omni loco totius mundi Sacrificium aliud mundum & purum, di-
gnum Maiestate & amplitudine mea. Fuit etiam valde conueniens Sacri-
ficij huius perpetuitas: vt ſignum & teſtimonium eſſet perpetuæ Char-
tatis, miſericordiæ, liberalitatis ac providentiæ Chriſti Domini noſtri er-
ga ſuam Eccleſiam; impoſſibile enim eſt, amorem deficere, quamdiu do-
num aded magnum & beneuolum durat: neque deficiet providentia in
reliquis rebus: ſiquidem in ea, quæ eſt omnium præſtantiſſima, perpe-
tuum manet. Qui enim quotidie ſeipſum in omni loco ac toties nobis
tradit: manifeſtum præbet ſui erga nos amoris indicium & quòd ipſi ſi-
mus curæ, adimplens quod per Ieremiam Prophetam dixerat: *ein charitate
perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans tui.**

ET HINC oritur ſecũda noſtri Sacrificij excellentia: quod in eo obla-
tio quædam offeratur aded pura, & ſancta: vt maior & ſanctior eſſe non
poſſit. eſt enim ipſemet Chriſtus verus Deus & homo, qui nocte illa cœnæ
ſeipſum obtulit: niſi quod tunc obtulit ſe in corpore mortali & patibili,
quiarale tunc habebat, nũc autè offertur immortalè & glorioſum: quia tale
nunc habet in cœlo. Vtroque tamè modo eſt excellentiæ infinite, voluitq;
iple Saluator, vt Eccleſia ſua id ei offerret: ed quòd valde ipſi placeat ac
delectetur, offerri ſibi ſemper quod optimum eſt. Ac propterea valde
approbavit Sacrificium f. *Abel, ed quòd obtuliſſet quod optimum habebat
de primogenitis ſcilicet gregis ſui, & de adipibus eorum.* Reiecit verò Sa-
crificium Cain, qui obtulit viliſſima. Et quoniam Eccleſia, quæ cœ-

b Heb. 7. 12
c. & c. 8. 13.

d Malach. 1.
10.

e Iere. 31. 3.

2

f Gen. 4. 4.

Seff. 22. c. 1.
3

g Psalmo.
109. 4.
h Heb. 7.
24.
Trident. su
pra.

S. Thomas
3. p. q. 83. a. 1.
ad 3. & q.
81. a. 7. ad 3.

Trident. su
pra.

Homil. 2. in
2. Timoth.
et Homil.
17. ad Hebr.

pit ab Abel iusto, semper progressa est in Sanctitate: par erat, ut in statu praesenti, qui eius est supremus, offerret Deo supremam, quae possibilis erat, oblationem, adeo mundam; ut (quemadmodum ait Tridentinum Concilium) *nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari possit*, sicut antiqua Sacrificia maculabantur. Sed ulterius ascendit haec excellentia, ex eo quod noluerit Christus Dominus noster oblationem adeo pretiosam solis Sacerdotibus, qui meri essent homines, fidere: maiorem enim valorem accipit Sacrificium a dignitate offerentis, quam ab ipsa re quae offertur. Quamvis enim elegerit Sacerdotes homines; voluit tamen eos sua esse instrumenta, & seipsum semper facere officium praecipui Sacerdotis, & offerentis: ut sic impleretur quod dixit David: *g Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech*. Cuius h Sacerdotium, ait Apostolus, esse *sempiternum*. Quia Sacerdos est aeternus permanet quae semper in caelo, se per semetipsum Deo praesentans, nostramque causam agens, & pro nobis interpellans. Quare ex ipso caelo per Sacerdotem, tanquam ablegatos suos, offert hoc Sacrificium pro nobis. In cuius rei signum cum Sacerdos consecrat, non suo, sed Christi nomine loquitur: & ipse Christus per Sacerdotis os dicit: *Hoc est corpus meum*, nec satis esset si diceret Sacerdos: *Hoc est corpus Christi*: quia tunc loqueretur nomine suo & non supremi Sacerdotis, qui rem adeo gloriosam per creaturam adeo vilem perficit. Et in hoc sensu dixit Apostolus: in lege antiqua *plures factos esse Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere*, post mortem enim unius, alium succedere oportebat: *Christus autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet Sacerdotium*. Ac propterea non opus habet alios Sacerdotibus, nisi tanquam famulis & ministris. Cum enim ipse in caelo maneat nostris conspectibus occultus, Sacrificium autem ipsum sit visibile; oportebat alium esse ministrum etiam visibilem, per cuius manus offerretur: ita tamen, ut Sacrificium ipsum nihil amitteret de sua dignitate & puritate propter talem ministrum: sicut elemosyna quam Sanctus aliquis Dominus largitur, nihil propterea amittit, quod famulus eius qui illam pauperi tradit, sit improbus. Quamobrem non minus praestans & excellens est Missa a malo Sacerdote quam a bono celebrata; neque illa, quae nunc fit, quam quae ab ipso Christo in nocte coenae fuit oblata. Nam (ut ait S. Chrysostomus) *denique dominus utramque sacrificat*. Hoc tantum interest, quod oblatum a Christo ipso tunc Sacrificium fuit meritorium & satisfactorium, quatenus offerebatur per eum, qui adhuc erat in statu Viato, ris ac propterea merebatur; nunc autem cum iam ipse sit in caelo, non amplius meretur: sed applicat nobis tantum merita & satisfactiones, quas in hac vita existens obrinuit.

§. II.

EX HIS omnibus quarta deducitur Sacrae Missae excellentia: quod scilicet sit idem Sacrificium cum eo quod Christus Dominus noster in cruce obtulit, modo tamen diuerso: vt Sacrum Tridentinum concilium asserit. Nam in cruce ipsemet seipsum sacrificauit, quatenus sponte ad mortem obeundam se obtulit: cuius executores fuerunt carnifices; at in Missa offert sese, ad hanc passionem suam exprimendam, adhibens Sacerdotes tanquam eius executores. Sacrificium crucis fuit vniuersalis causa nostrae redemptionis propter pretium Sanguinis, qui pro omnibus fundebatur; Missa verò Sacrificium, quamuis totum illum Sanguinem contineat, offertur tamen & applicatur in particulari vnique: nam in reliquis sunt vnum & idem Sacrificium. Ac propterea in verbis consecrationis expressit ipse Saluator vtrumque; hunc modum dicens: *a hoc est corpus meum quod pro vobis datur; & b hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Nunc autem corpus hoc est ibi cum summa gloria; & sanguis in eius venis cum summo splendore. Nec parua est sacrificij nostri excellentia, quod ipsemet Christus, qui glorificatus iam sedet ad dexteram Patris, è caelo descendat, vt in Sacrificio offeratur, contecta gloria sua accidentibus panis & vini: vt sic memoriam nostram renouet omnium, quae ipse fecit & passus est, cum in hac esset mortalitate & ostendat, quanti ipse faciat opprobria, & ignominias suas; cum veniat ipsemet ad eas celebrandas & honorandas: ponens illas in Sacrificio in magni honoris signum. Quo nos obstringit ad ipsum honorandum, nobisque gloriantium de eius ignominijs, plus quam de omnibus humanis honoribus.

CONCLVDA MVVS huius Sacrificij excellentias, interrogantes ipsum Dominum tanto honore dignum; an omnino solus è caelo ad hoc Sacrificium descendat; & quid facient Angelorum Hierarchiae videntes Regem suum descendentem ad terram, ad suum hoc Sacrificium offerendum? Satisne sibi esse existimabunt, quod sciant ipsum habere in terra ministros, qui ei assistant & iuuent: an & ipsi quoque descendent, vt locios se eis praebant? Quando ipse in carne mortali venit in mundum, vt cruci affigeretur: descendit certe *c multitudo militia caelestis laudantium*, magnaque cum letitia dicentium *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis*: quid igitur nunc facient, eodem suo Rege veniente nunc glorioso in carne immortalis: vt nouo quodam & stupendo modo in altari sacrificetur? Omni dubio procul (ait Sanctus Gregorius) in ipsa huius sacrificij hora, & ad verbum Sacerdotis, caeli aperiuntur, & Angeli descendunt: vt tanto huic Mysterio Iesu Christi Dei & Domini nostri assistant; conueniunt habitatores

4

Sess. 22. c. 2.

a Luc. 22.
19.

1. Cor. 11. 24.

b Matt. 26.

28.

Mar. 14. 24.

5

c Luc. 2. 13.

Lib. 4. Dia-
log. 36.

terreni & cœlestes, vtriusque Ecclesiæ, visibilis & inuisibilis; militantis & triumphantis: ex quibus fit vna congregatio laudans & glorificans Deum, dicens: gloria Deo in excelsis, vnde ipse descendit, & in terra, ad quam venit, fit pax hominibus ipsum adorantibus, & bona voluntate excipientibus. Et quorsum existimas Angelos è cœlo ad terram descendere: nisi vt corda illud offerentium, eique assistentium è terra eleuent in cœlum? Et quorsum ad cœlos eos ascendere existimas: nisi vt spiritus oculis videant ibi gloriam & maiestatem eius Domini, quem hic habent occultatum? cum cernis (ait S. Chrylостomus) Dominum tuum in altari sacrificatum, & Sacerdotem offerentem Sacrificium, & circumstantem participes ipsius oblationis: existimas te inter mortales viuere, & cum eisdem in terris morari? sanè potius existimare debes, te in cœlum translatum, & carne exutum, spiritu puro contemplari, quid in cœlis geratur. O prodigium stupendum! ô benignitatem immensam! qui sedet in gloria cum patre: in eodem momento versatur inter manus hominum; seseque tribuit cuius volenti ipsum excipere. Qui sedet super Cherubin, & ambulat super pennas ventorum: venit vt sacrificetur & comedatur ab hominibus: quomodo igitur non venient etiam Cherubini & Seraphini ad ipsum honorandum tanquam socij hominum, adiuuantes eos ipsorum ministerio: vt illud obeant reuerentia, excelsa ad eum maiestate, digna.

Lib. 3. de
Sacerdotio.

CAPVT. IV.

STVPENDA EXCELLENTIA ET EFFICACITAS SACRIFICII MISSÆ AD QUATUOR FINES, IN QUOS DIRIGUNTUR SACRIFICIA.

I



RANSEAMVS NVNC AD QUATVOR ALIAS EXCELLENTIAS MISSÆ, ex quatuor finibus desumptas, in quos tendit, quæ est Sacrificium: quorum fecimus supra mentionem. *Primum* enim Sacro MISSÆ deferimus Deo summum honorem & cultum possibilem: dum ei sacrificium tantæ dignitatis offerimus, quod infinitæ eius excellentiæ æquiparatur: quod ne Ministri offerentis vilitate & indignitate imminuatur: implet Christus, vt diximus, est præcipuus Sacerdos: à quo etiam ipsa oblatio infinitam accipit dignitatem. Deus enim est, qui in ea Deum honorat: Deus in humanitate Deum in Diuinitate. Et quemadmodum nihil potest esse æterno Patri magis gratum, & acceptum, quàm Persona vnigeniti & filii sui, in quo dixit *sibi complacere*: ita non potest esse Sacrificium laudis & honoris excellentius & gratius ei, quàm sit hoc: quod filius hic de se

1. Matt. 3.
17 & c. 1. 5

ipso

ipso in eum finem ei offert, quamuis id faciat per Ecclesiam. Præterea cum Christus Dominus noster desideret, *b nos facere voluntatem Patris in terra, sicut fit in cælo*; & viatores viuere vitam quandam cælestem, sicut beati viuunt; voluit quotidianam degentium in terra oblationem esse totam cælestem, & inde rem illam venire, quæ esset offerenda. Et iudicans parum esse, quod aliquis beatorum, etiam supremus Seraphin, ad eam offerendam veniret; voluit ipsemet Rex cælestis venire; cuius gratia adeò est immensa, vt omnium beatorum simul gratiæ & merita censeantur quasi nihil, si cum eo conferantur; vt sic oblatio non solum esset cælestis, sed etiam Diuina, & omni ex parte digna summâ reuerentiâ, & per quam Deus dignè honoraretur & laudaretur; & sic homo posset in terra eum honorare & laudare cum ea dignitate (quantum ad hoc) qua fit in ipso cælo. Et hac ratione Missa est etiam quoddam Sacrificium holocausti omnino accensi in testimonium excellentiæ Diuinæ. Nam & Sacerdos & ipsa oblatio immenso amoris igne ardent. Et quando Christus ipse se in hoc Sacrificio offert, repræsentando suam mortem: id facit affectu quodam adeò accenso; vt, si opus esset, iterum obiret eandem mortem pro honore & gloria Patris sui. Et quemadmodum in Apocalypsi appellatur *b agnus, qui occisus est ab origine mundi* (nam vt S. Thomas ait:) in antiquis Sacrificiis, quæ futuræ eius mortis erant figura, Sacrificabatur) ita licet eum vocare agnum occisum vsque ad finem mundi; nam in hoc Missæ Sacrificio sacrificatur, eo affectu præteritam suam mortem representans: vt, si opus esset, eandem recens subiret. Denique in reliquis holocaustis protestabantur antiqui Diuinam Omnipotentiam, eius quæ Domini in res omnes, opere tantum quodam naturali: quia ignis totum animal comburebat & consumebat; in Missa autem eandem omnipotentiam protestamur opere quodam supernaturali, & excellentissimo; quod non solum est Diuinæ Omnipotentia signum, sed etiam opus quoddam gloriosissimum omnium, quæ operatus est, & operatur in terra & in cælo: quia in eo prodigia continentur, quæ superius posuimus, cum de hoc Diuino Sacramento ageremus. Ac proinde dicere de eo licet, quod quatenus est Sacrificium, sit memoriale quoddam omnium Dei mirabilia in bonum hominum.

ET HINC est, quod etiam Missa sit sacrificium actionis gratiarum cum infinita quadam efficacitate, ad gratias Deo agendas pro beneficiis omnibus in nos collatis; etiam si illa sint infinita. Quamobrem per excellentiam appellatur Sacrificium *Eucharisticum*, hoc est actionis gratiarum. De quo Dauid intuens Spiritu, quod nunc geritur, dixit: *c quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam*; aut vt alia versio habet: *calicem Domini leuabo*, quod fit in hac preciosissima oblatio-

bc 6 10

b Apoc. 13. 8.
3. p. q. 83. a. 1.Tomo 1.
tract. 4.

2

psal. 115. 3.

Vide *Inse-*
nium.
Lib. Contra
aduersar.
Leges &
Prophet. e.
18.
d Psal. 49.
-3.
Lib. 4. cont.
Hæresic. 23.
-omil. 24.
n 1. Corin.

ne, in qua tantum reddo, quantum mihi dedit; reddo enim ei filium etiam qui rebus omnibus creatis præstat. Hoc (ait S. Augustinus) est d. *Sacrificium laudis*, quo Deum *honorificamus* & gratias agimus: & quibus rebus maiores ei reddere possumus, quàm Christum Dominum nostrum in Missæ Sacrificio offerentes? Propterea (ait S. Irenæus) instituit Saluator noster hoc Sacrificium, vt non essemus parci in agendis gratiis, & ingrati censeremur ei, qui tot nobis contulit beneficia. Hoc enim Sacrificio gratias agimus propter beneficium Creationis, & reliqua naturalia; & propter beneficium Incarnationis cum reliquis supernaturalibus. Et (vt S. Chrylostomus ait) pro ipsomet supremo beneficio Missæ & Eucharistiæ reddendæ sunt gratiæ, eiusdem oblatione, eam offerentes Deo in laudem eius & honorem, propterea quod eam nobis tradiderit.

I

3.
31. *Ioã. 2. 1.*

6 *Heb. 7. 25.*

Vide *Suarez.*
1. p. 9. 21.
Disp. 45. Se.
tio. 1. To. 5.
Præf. in
Psal. 85.

SED ULTERIVS progreditur Sacrificij huius efficacitas: nam etiam confert plurimum ad impetranda & obtinenda à Deo reliqua bona, quæ petimus, & quibus ad ei seruiendum indigemus; corporalia & spiritualia, temporalia & æterna. Hic enim non solum aliquid petimus à Deo titulo tantum misericordiæ; sed offerimus etiam pretium, quod ipse Christus sua Passione nobis fuit promeritus; qui nobis est etiam titulus iustitiæ. Nec solum petimus in nomine CHRISTI, sed eundem CHRISTVM illi offerimus cum infinitis eius meritis: hoc autem plus valet, quàm quod ab eo petimus, Cum igitur dona & munera rapiant ipsa corda: quomodo non rapiet paternum illud cor oblatio domini adeo preciosi? Adde: quod non solum nos petamus, sed ipsum Christus tanquam Summus Sacerdos hic petat pro nobis, siquidem quod de illo dicitur, quod a *advocatum* nostrum agat *apud Patrem*, & quod sit *prophetia pro peccatis nostris*, id in hoc Sacrificio præstat per suos Ministros, adimplens quod Apostolus de Summo nostro Pontifice & Supremo Sacerdote dixit: quod sit *semper vivens ad interpellandum pro nobis*. Nam etiam cessavit illi Status quo poterat mereri: non tamen cessavit Status quo possit orare. Cum igitur in hoc Sacramento sit vivens, possit orare, & nostrum advocatum agere: cur id non faciet? toto tempore quo fuit in cruce Sacrificium offerens sui ipsius cruentum, oravit pro vniuerso mundo, & pro ipsismet persecutoribus: quis igitur dubitet, ipsum toto tempore, quo se in hoc Sacrificio incruento offert, orare pro offerentibus, & Sacrificio ipsi assistentibus. Qui dignatur officio fungi Sacerdotis, quod est offerre pro nobis Sacrificia: cur non dignabitur etiam orare pro nobis, cum vtrumque pertineat ad Sacerdotem: & ita S. Augustinus ait: Christum quæ est Sacerdos pro omnibus orat.

orare; quæ autem est caput, etiam in illis orare. Si in ipso cælo vulnera suo æterno Patri præsentat pro hominibus: cur non eadem præsentabit in hostia Sacra, cum eorum memoria in ea referatur? Cur existimas ipsum tunc passionem suam in memoriam reuocare; nisi ut eam Patri denuò repræsentet pro illis, qui eius memoriam in ipso Sacrificio agunt?

Ex quo apparet, Diuinum hoc Sacrificium per excellentiam esse Propitiatorium, & satisfactorium pro nostris peccatis, applicans nobis infinitas Saluatoris nostri satisfactiones, & ipsiusmet Passionis precium. Sanguis enim Christi ibi latens est precium, quo debita nostra exsoluuntur; & multò melius clamat, quàm Sanguis Abel, misericordiam petens pro omnibus peccatoribus, cum insigni efficacia ad eos purificandos, ut mox videbimus.

Denique quemadmodum Noe, cessante diluuiò, cædificauit altare Domino; & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare: ut quantum poterat ac meritò debebat, Deum honoraret, gratiasque ageret pro beneficio sibi toti que familiæ suæ collato, quo eum ab eo diluuiò conseruauit, cum totum mundum submersit. Adeoque placuit Deo odor suauitatis illius Sacrificii, ut continens iram suam, iurauerit: se nunquam ultra percussurum diluuiò omnem animam uiuentem, in cuius rei signum posuit arcum suum in nubibus, ut esset signum fœderis in initum inter ipsum & homines. Ita etiam postquam Christus Dominus noster, Passione & morte sua imposuit finem peccatis nostris, quæ mundum submergebant: voluit esse in sua Ecclesia altare quoddam perpetuum, in quo Missæ Sacrificium ipsi offerretur ad ipsum pro meritis honorandum, & gratias agendas singulari hoc beneficio, quo ipsam à diluuiò idololatriarum, errorum, & innumerabilium aliorum peccatorum, quæ homines submergebant, liberarit. Et hoc Sacrificium redolet ei suauissimè: quia undique redolet Diuinitatem. Adeoque ei placet, ut pactum & fœdus faciat cum sua Ecclesia, de ea libera in æternum conseruanda ab vniuersali illo diluuiò.

In cuius firmissimum testimonium arcus cæli Iesus Christus Dominus noster seipsum continuè & æternùm præsentat æterno suo Patri in cælo Emyreo, cum infinita pulchritudine suorum trium colorum, corporis scilicet, animæ, ac diuinitatis: quæ sunt in diuina sua persona coniuncta; & cum triplici ordine signorum, quæ habet propter vulnera accepta in pedibus, manibus, & latere: ex quibus gratiarum ac donorum cælestium fluunt pluuia in homines, quibus serenum & pacificum redditur cor illas suscipientium; & ipse Deus placatur iramque deponit, quam aduersus homines habebat.

Et quem

Laurent.
Iustinus. S. et
de corp.
Christi.

4

Trident.
Sess. 22. c. 2.

5

Gen 8. 20.

Et quemadmodū arcus non efficit integrum circulum, sed medium, descendens à parte sublimi cœli ad duo latera nostri hemispherij, quæ duabus suis extremitatibus tangit: ita cœlestis hic Arcus duplicem è cœlo ad terram aduentum facit: alterum per incarnationem, cum descendit, ut homo fieret, & cum hominibus conuersaretur, eosque per suam Passionem & mortem saluaret: qua expeditione finita, iterum redijt in cœlum Emphyreum. Iterum tamen descendit etiam cum tribus suis coloribus, carnis scilicet, & sanguine cum Diuinitate vnitis: vt hoc Diuinum Sacrificium offerat, generisque humani reconciliationem perficiat, donec in nouissimo iudicij die vltimum faciat aduentum aperta omnino sua pulchritudine: vt vnique det secundum opera; & conficiat circulum æterni sui regni, secum deducens omnes suos electos. O Sacrificium altissimum, & mysterium diuinissimum: quomodo potero tuas infinitas excellentias referre, & infinitas laudes decantare; nisi tu ipse Spiritum dederis mihi linguam, ad aliquid de eis dicendum. Sed cum vtrumque mihi desit, referam quas de te dixit quidam, qui accepit vtrumque. Hic est piissimus sanctus Laurentius Iustinianus: qui dulcissimis hæc verbis cõplexus est, quæ in hoc capite diximus: Sanè nullo alio Sacrificio honorificentius laudatus Deus, quam per altaris immaculatam hostiam: quam præcipuè ob diuinae laudis exhibitionem complendam, Ecclesiæ suæ Christus offerendum instituit. Qua nulla maior, nulla vtilior, nulla amabilior, nullaque oculis Diuinæ maiestatis est gratior: dum honorem Deo, Angelis contubernium, exulibus cœlum, Religioni cultum, iustitiæ debitum, normam Sanctitati, obedientiam legi, Gentibus fidem, lætitiæ mundo, creaturis gaudium, vnitatem populis, Sacramentis Legalibus finem, initium gratiæ, virtuti robur, hominibus pacem, lucem mentibus, operantibus, peregrinantibus viam, & peruenientibus tribuit speciem. Offeritur æterno Patri nati assumpta humanitas, quatenus agnoscat ipsi quem genuit, quemque pro hominum salute misit in terras: vt intercessionem ipsius, delinquentibus veniã, lapsis manum, & iustificatis prorogam vitam. Clamat idem Redemptor ad Patrem, corporis sui cicatrice ostendens, quatenus ab æternis suppliciis sua homines interpellatione custodiat. vides perspicuè, nullum acceptabilius Deo posse offerri Sacrificium ad exsoluendum laudes, siue ad exhibendum gratias seu ad impetrandam indulgentiam, vel ad gloriam promerendum, quam corporis & sanguinis Christi Sacrosanctum mysterium. In cuius oblationis hora, quantum fas est credere, aperiuntur Cœli, mirantur Angeli, Sancti laudant, emittant casti, captiui visitantur compediti soluntur, infernus luger, factaque in Spiritu Mater Beata lætatur Ecclesia. Quamobrem rectè colligitur quanta cum veneratione ibi astare debeat Sacerdos; cui consecrandi hostiæ

di hostias, offerendi incensum, atq; intercedendi pro populo est impensa auctoritas. Mediatoris igitur gerit officium: propterea delinquentium omnium debet esse placator. Hinc expedit, ut diuinæ sit laudis amator, Religiosus in se, humilis corde, & erga proximorum errata compassione compunctus: quatenus non minus pro se, quam pro cæteris omnipotenti Deo rectæ placationis valeat immolare mysteria. Hæc Sanctus Laurentius Iustinianus.

§. II.

QVAECUNQUE DIXIMVS licet confirmare admiranda quadam Davidis Prophetâ in Psalmo 71, qui totus est de Messia cuius tempore ait: *a Erit firmamentum in terra in summis montium, superexstolletur super Libanum fructus eius: & florebut de Ciuitate sicut fœnum terra.* In quibus verbis (ut notat Paulus Burgenfis & alij graues auctores) David loquitur de hoc Diuino Sacramento, quod appellat firmamentum, hoc est alimentum solidum, & panem fortem confirmantem cor hominis, institutum à Messia in præsentia supremorum montium Ecclesiæ suæ, Sacrorum scilicet Apostolorum; & in forma Sacrificij, ad communem omnium utilitatem. Quod amplius adhuc explicatur iuxta aliam versionem, quæ habet: *erit placenta tritici in capitibus sacerdotum: vel erit Sacrificium Panis in terra, in capite montium.* Nam Apostoli & reliqui Sacerdotes eorum successores, in ministerio offerendi hoc Missæ Sacrificium eleuant super capita sua hostiam consecratam, & panem hunc viuum, ut videatur & adoretur à fidelibus; & in memoriam Passionis eiusdem Christi Domini nostri, cum fuit in conspectu totius populi eleuatus in Cruce. Et hoc significat amplius versio Sancti Hieronymi, quæ habet: *erit memorabile triticum, æterna memoria dignum, propter infinitum eius valorem, & quia Messias illud fecit in memoriam sui, & eius, quod pro nostra reparatione est perpeffus; & ut memoriale nobis esset perpetuum, contra nostram obliuionem, habentibus semper præsens hoc b frumentum electorum, in quo ipse met latet.* Et quemadmodum olim constitutum erat, ut spicarum manipuli, qui tanquam recentium fructuum primitiæ offerebantur, darentur Sacerdoti; *c qui eleuabit fasciculum coram Domino ut acceptabile sit pro vobu,* titulo gratitudinis, eò quod alimenta vobis dederit per totum annum: ita etiam nunc vult Sacerdotes eleuare in altum Diuinum hunc panem, ut acceptus illi sit pro nobis in recognitionem & gratitudinem beneficii in nos collati, cum illum nobis dedit in alimentum, humillimè supplicanti- bus, ut in eodem beneficio & fauore, nosque sua misericordia locupletando, progrediatur. Et hoc ipsum insinuat etiam alia versio eiusdem Psalmi, quæ habet: *erit deprecatio & complacentia frumenti in terra.* Quicunq; te enim voluerit orare & gratias aliquas à Deo petere, cui statuit pla-

a Psal. 71
16.

Refert. Ti-
tel. in An-
not. Hebrai-
cis super istū
Psalmum.

b Zach. 9.
7.

c Leuit. 23

1
Ideo Titel.
supra
Alia etiam
versio habet:
Erit panis
substanti-
cum in terra
in capite
montium.

cereid meritò faciet per Diuinum hunc panem, in quo est vnigenitus filius, in quo Pater sibi complacuit; & propter quem cœlestibus benedictionibus replet habitantes in terra. O altissimum Sacrificium! O dignissimum Sacramentum? O Panis supersubstantialis, eleuate super modicum celsitudinem! quia celsitudo & amplitudo tua altissimos excellit Saphinos. Tales esse deberent quicumque te suscipiant: & multò adhuc amplius Sacerdotes, qui te consecrant. Quos iure optimo Psalmista in montes vocat: propter celsitudinem & sanctitatis soliditatem quam habere debent supra reliquos Christianos, sunt montes sunt vallibus excelsiores. Nec dicit frumentum hoc esse ad pedem montium, nec ad medium; sed in *summis*: vt intelligant summam eius sanctitatem, & asseruentionem, quam de Diuino hoc Sacramento & Sacrificio habere debent, quantum gloriari debeant de suo hoc ad eò excelsò ministerio: ponent illud super capita sua, quasi rem maximè gloriosam, quam in hac vita habere possunt. Neque mirum est, quòd sint montes: cum ipsorum ministerium expensas quodammodo itineris illis præbeat, vt sint tales. Quod verba, quæ in eodem Psalmo sequuntur, adhuc magis explicat: *super extolletur super Libanum fructus eius; & florebit de Civitate sicut fenum terra.* In qua sententia insinuat duo genera personarum, quæ hoc panem fruantur alij enim sunt quasi Principes, & propter suam dignitatem & honorum Magnates; alij verò sunt Cives, & communis plebs Ecclesiæ. Et de primis ait: eos fore instar *Cedrorum montis Libani* propter celsitudinem, puritatem, fortitudinem, & vitæ incorruptibilitatem; hic enim cibus fructum profert præstantium Sacerdotum, purissimarum virginum, illustrium Prælatorum, insignium Doctorum, feruentium Prædicatorum, eminentium Magistrorum, ac perfectissimorum Christianorum. De secundis autem dicit, quòd *florebit sicut fenum terra*, sicut olera & flores hortorum. Quamuis enim non tantum crescant sicut alij: habebunt tamen magnum virorem, feruorem, & pulchritudinem statui suo conformem. Quantum itaq; cedri viride fenum excedunt: tantum debent meritò Episcopi & Sacerdotes, qui Missam offerunt, excedere reliquos fideles, qui eis assistunt: sed vtrique Dominum hunc glorificare debent propter beneficium, quòd illis confert; verbis, quæ ab eodem Psalmista subiunguntur: *Si nomen eius benedictum in sacula: ante solem permanet nomen eius*, quasi dixerit: laudetur nomen eius in æternum, sicut habet suum esse absque vilo principio & ab æterno. Et vt intelligatur quodnam sit eius nomen, notat Burgenfis, verbum Hebræum respondens latino *permanet* esse *Yhon* quod significat *filiiabitur nomen eius*, hoc est nomen eius generabitur sicut filius: quasi dicat eius nomen erit Filius Dei æterni, & absq; principio. Ex quo aperitur mysterium sanctissimæ Trinitatis, & generatio Verbi, de quo idem David

vide Titellmannum.

in alio

in alio Psalmo dixit d *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te* qui itaque in hoc Sacramento later, est filius Dei ante solem, & absq; vltimo principio genitus: qui venit, vt nos reparat, & suam benedictionem caelestem impertiat, Et *benedicentur in ipso omnes Tribus terrae: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.* Et quae res magis stupendae esse possunt, quam quae in sanctissimo hoc Sacramento, & venerabili Sacrificio continentur? quas facit Deus *solus*: quia sola eius Omnipotentia potuit illas facere: nec Sacerdotes aliud sunt, quam eius instrumenta, ad eas faciendas. Et quemadmodum excellentia imaginis aut alicuius artificij exactissime facti non penicillo aut instrumento tribuitur, sed pictori & artificio: ita gloria & laus huius operis soli Deo debetur. *Benedictum sit nomen eius in aeternum: quia replebitur Maiestate eius omnis terra, ex praesentia Diuini huius Sacramenti, & oblatione stupendae aded Sacrificij. Fiat fiat ad gloriam magni nostri Dei & eius Ecclesiae vtilitatem.* Denique imponitur Psalmo illi finis singulari quadam sententia: *defecerunt laudes Dauid filii Iesse, quod dicitur, non quodd non composuerit laudes sequentium Psalmorum; sed ad significandum, aded esse imensum hoc mysterium, vt eius spiritus deficeret in eo laudando. Quia omnes Angeli, & omnes simul homines parum sunt ad hoc mysterium extollendum, vt par est. Cum igitur omnes creaturae in hoc opere laudando deficiant: laudet illud qui fecit, & infinita charitas ac misericordia, quae illum impulit ad faciendum. & dicat cum eodem Psalmista; e* *Confiteantur Domino misericordia eius: & mirabilia eius, quae fecit filius hominum. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.*

d Psal. 27.

e Psal. 106. 8.

CAPVT. V.

EXPLICANTVR MAGIS IN PARTICVLARI EFFECTVS

Sacrificij Missae, eiusq; orationum; & insinuantur persone, quae fructuum eius sunt participes.



EX DICIS CAPITE PRAECEDENTE licet proferre in luce effectus & fructus ab hoc Diuino Sacrificio prouenientes: sed praemittendum est hoc fundamentum, quod quemadmodum in Sacramentis duplicem assignamus effectum: *Alterum* quem Theologi appellant *ex opere operantis*, hoc est ex deuotione Sacramentum ipsum recipientis: qua mereri potest gratiae & gloriae augmentum, satisfacc re pro suis peccatis, obtinere dona, quae petit bonum enim iusti

I

Q. 2

opus

opus ad hæc tria valet, quamuis reipia non acciperet Sacramentum. *Alterum* effectum appellant Theologi, *ex opere operato*: virtute scilicet proprio-
 rius Sacramenti; qui effectus superadditur ei, quem recipientis deu-
 otio promeretur. Ut apparet in iusto, qui magno cum feruore confitetur
 & communicat. Qui obseruantes actus, quibus se præparat, mereri potest
 decem gradus gratia; & ab ipso Sacramento sumpto decem alios accipere
 cuius Sacramenti effectus proprius etiam crescit, iuxta augmentum bona
 dispositionis illud recipientis. Hunc in modum in Sacrificio Missæ est etiam
 duplex alius effectus; alter respondens deuotioni celebrantis, siue
 audientis, & assistentis. Qui effectus eò erit maioris meriti & utilitatis
 quòd erit maior eius charitas & feruor, quo se præparat. Sed præter hæc
 (vt ait S. Thomas & omnes Theologi) sunt alij effectus ipsius Sacrificij
 proprii, cuius virtute communicantur; quatenus per illud (vt ait Con-
 cilium Tridentinum) applicatur virtus Passionis Christi, cum eius meritis,
 satisfactionibus, & orationibus; modo quodam valde diuerso, quam
 alijs bonis operibus. Quamuis enim Sacerdos sit improbus: non propterea
 fraudatur omnibus Missæ effectibus is, pro quo illa offertur. Et hoc est
 manifestum indicium, quòd ipsum sacrificium ex se habeat talem effectum
 ex ipsius Christi Domini nostri Institutione; & quia ita decet amplitudi-
 nem & excellentiam Sacrificij, in quo ipse seipsum offerebat. Siquidem
 non debebat esse Sacrificium inane, & vacuum, aut figura, qualia erant
 antiqua; sed virtute & valore plenum: vt proprios suos effectus efficeret
 in quocunque ad eos recipiendos bene disposito, & absque vilo im-
 pedimento eis contrario. Et propterea habet hoc sacrificium propriam
 ac specialem virtutem ad multa impetranda, quæ sine eo non possent obti-
 neri. Nam cõto oratio impertet infallibiliter, quod à Deo petitur; cum il-
 la sit adhibitis omnibus conditionibus, quæ in illa seruari debent: eorum
 tamen defectus sæpè suppletur, si cum sancto hoc Sacrificio coniungatur
 in quo, vt supra est dictum, ipsemet Christus pro nobis orat; aut suarum
 orationum, ac meritorum virtutem magis speciatim applicat: vt, quod
 sub tali pignore petimus, nobis concedatur. Quare ipsi sacrificio hæc
 ratione coniungenda est oratio offerentis: quam eò dirigit, vt pro se &
 pro alijs obtineat, quod petit. Nam (vt ait S. Thomas) inter communi-
 onem & Missam hoc interest: quòd communio, sicut cætera Sacramen-
 ta, solùm prod:st recipienti: quia præcipuè & rectè dirigitur ad eius sancti-
 ficationem: at Missæ sacrificium, cum præcipuè tendat ad exhibendum
 cultum Deo debitum: voluit illud non solùm ipsi offerenti prodesse; sed
 multis etiam alijs, pro quibus offerretur: vt omnes participes essent fru-
 ctuum & effectuum, ad quos illud ordinatur, quæ est sacrificium propi-
 ratorium pro nostris peccatis; aut recentium beneficiorum, quæ

3. p. q. 79. a.
 5. q. 82. a. 1.
 Suarez. 10.
 3. disp. ut. 79.
 Sect. 1.
 Sess. 22. c. 1.

Suarez sua
 præ Sect. 2.

petimus

petimus impetratorium. Iuxta illud Apostoli : quod a *Sacerdos offert dona & sacrificia pro peccatis quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso.*

Ex quo fit, ut omnes, qui participes sunt fructus Sacrae Missae, possint ad ordines duos reduci: ad offerentes scilicet, & eos, pro quibus offertur. Offerentium praecipuus est Sacerdos: qui, etsi alius sit particularis persona, & hoc sacrificio indigeat sicut caeteri fideles: ibi tamen duplici titulo est persona publica. Tum quod referat personam summi Sacerdotis Iesu Christi D. N. cuius instrumentum (ut supra diximus) est ad hoc sacrificium offerendum; tum, quod illud offerat nomine totius vniuersalis Ecclesiae; quae est congregatio fidelium, cuius ipse ad hunc effectum est Minister. Ac propterea S. Chrysostomus eum vocat communem totius mundi Patrem; ad quem spectet omnium curam gerere, tanquam Dei vicem in terris gerentem. Et S. Laurentius Iustinianus eum vocat Mediatorem inter Deum & homines; & in Scriptura Diuina vocatur *b Angelus Domini*. Ad significandum (ut S. Hieronymus ait) quod verè sit Legatus & Nuncius gerens causas hominum apud Deum: earumque expeditionem à Deo referens ad homines. Et hanc ob causam *c Summus Sacerdos* Antiquae Legis in duodecim suis Rationalis lapidibus preciosis calata habebat nomina duodecim Tribuum Israel, quorum nomine sacrificia sua offerebat. Et nunc par est sacerdotum nostros in preciosis virtutum lapidibus, quas in suis cordibus habere debent, sculpta habere nomina omnium fidelium, quorum mediatores ac intercessores agunt. Secundo loco idem sacrificium offerunt omnes fideles, qui Missae ipsi assistunt, aut etiam pro se offerri petunt.

Illi enim per manus Sacerdotis, ei que coniuncti eandem faciunt oblationem: quod insinuant ipsa verba Sacri Canonis, cum dicit Sacerdos: *Memento Domine omnium circumstantium quorum tibi fides cognita est & nota deo: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis.* Reliqui fideles, qui sunt partes corporis mystici Christi, & membra Ecclesiae eius militantis (exceptis excommunicatis) ad secundum pertinent ordinem eorum, pro quibus sacrificium offerri potest, in eo gradu, quo ipsi sunt eius fructus capaces. Et per modum impetrationis potest vniuersim extendi ad omnes totius mundi homines: tam ut Ecclesia ipsa dilateretur, & propagetur, etiam inter infideles: quam ut illi conuertantur, fiantque partes & membra mystici huius corporis Christi; & bonis potiantur, quae sunt in Ecclesia; ac reliquis, quae dignabitur ipse Dominus eis conferre. Eum in modum, quo d *Sacerdotes Hebraei sacrificia sua offerebant pro suis confederatis, etiam gentilibus*. Et Apostolus iubet, *e fieri obsecrationes & ora-*

a Heb 5 1

b Malac. 2. 7

c Exod. 28. 9
21.d 1. Esdra.
6. 10.1. Machab.
12. 12.

e 1 Tim. 2. 2.

tiones pro omnibus hominibus; pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate
 ut tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim (inquit) dicitur
 est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo: qui omnes homines vult salvos fieri,
 & ad agnitionem veritatis venire.

Ad hunc præterea ordinem spectant defuncti omnes, qui sunt in purgatorio: pro quibus potest hoc Sacrificium offerri in satisfactionem pro eorum peccatis. Et aliquo etiam modo pertinent beati, qui sunt in caelo, per viam impetrationis ad impetrandum à Deo Domino nostro, ut honor ipsis & veneratio in terra deferatur. Quod quidem in nostrum potius cedit commodum: quamvis ex eo oriatur eorum honor & gloria inter homines.

§. I. *Effectus Sacrae Missæ ex modo impetrationis.*

His fundamentis præmissis, explicemus nunc in particulari effectum & fructum Sacrae Missæ, incipientes à magis necessarijs, & qui omnibus sunt communes. Horum primus est *Remissio peccatorum mortalium*. Non eo modo, quo fit in Sacramento penitentiae, illud enim remittit peccata suscipienti cum dolore imperfecto, quem attritionem vocamus, sed alio quodam modo valde diverso: impetrando scilicet peccatoribus, pro quibus ipsa Missa offertur, perfectam contritionem, quæ disponatur ad suscipiendam à Deo primam gratiam, qua iustificantur, & à culpis liberantur: quamvis ex hoc non liberentur ab obligatione eas suo tempore confitendi. Hunc effectum significant verba consecrationis calicis, in quo est Sanguis Christi, qui dicitur *effundendus pro nobis & pro multis in remissionem peccatorum*. Nam verbum *effundendus* non solum intelligitur de illa effusione, quæ in cruce Sanguis Christi fuit in terram effusus; sed etiam) ut aiunt SS. Patres) de eo quod in hoc Sacrificio geritur, cum effunditur in Communicantes. Quamobrem S. Cyprianus dixit: calicem, qui consecratur prodesse vitæ & salutis totius hominis: nam simul esse medicinam & holocaustum ad sanandas infirmitates nostras, & scelera purganda. Purissima hæc hostia (ait S. Ioannes Damascenus) est omnis nostri detrimenti reparatio, & purgatio euacuans omne peccatum. Sed hoc ipsum amplius declaravit Sacrum Concilium Tridentinum dicens: *huius oblatione placatus Dominus gratiam, & donum penitentiae concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia dimittit*. Qua sententiâ significat, modum dimittendi peccata, eum esse, quod virtute huius Sacrificij donum largiatur penitentiae: quæ est perfecta contritio, & perfectus peccatorum dolor. Hoc autem, facit præbendo per inspirationes & internos impulsus specialia aliqua auxilia ad veram contritionem habendam. Quod facit aliquando statim

S. August.
 serm. 4. de
 Innocent.
 vide Suarez
 supra.
 Serm. de
 cena Do-
 mini.
 Lib. 4. de
 Fide c. 14.
 Sess. 22. c. 2.

atque Sacrificium pro aliquo peccatore offertur; aliquando postea cum est magis opportunum. Et interdum verè peccator conuertitur, eò quòd auxilia fuerunt valde copiosa & opportunè data; ipseque peccator suam adhibuit cooperationem: sed aliquando peccator non conuertitur: quia auxilijs & inspirationibus Diuinis (quæ liberū peccatorē relinquunt ad eas admittendas aut repellendas) resistit. Dominus autem ipse ex parte sua facit satis, cum eas sæpius offert, etiam indigno: quia Deus respicit ad Sacrificij dignitatē, quod offertur pro eo. Meritò igitur in huiusmodi occasionibus & pressuris accedemus ad Deum non diffidentes de conuersione vilius peccatoris, quantumuis impij ac scelerati. Frequentia enim Sacrificiorum, quasi globi tormentorum multiplicati, deicere illum poterunt. In quo sequemur Apostoli consilium dicentis: *a deamus cum fiducia ad thronum gratiæ, altare scilicet, in quo Missa offertur: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno*, non solum pro nobis, sed pro alijs etiam peccatorib. adiuuante illos Domino nostro in ea opportunitate, quam diuina sua Sapientia præuidet apram esse, vt suum auxilium optatū habeat effectū: vt illi conuertantur, & pœnitentiã agant.

ALTER effectus Missæ est remissio peccatorum venialium in viris iustis. Si enim tanta est eius virtus, vt mortalia peccata remittat, vt dictum est: multò maior erit ad remittenda venialia, vtpote magis communia & ordinaria. Ac propterea S. Augustinus dixit: iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit: quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest. Et S. Gregorius: prouidens Dominus nobis dedit hoc Sacramentum salutis: vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non potest, per istud Sacramentum, peccatorum remissionem consequamur. Ac poinde signum est, quod hoc Sacrificium dirigatur ad nos à peccatis liberandos: siue per modum impetrationis: quia impetrat nobis auxilia, ad peccata detestanda; siue per modum satisfactionis; quando, qui iustificatus est Missam celebrat, auditue, aut pro se celebrari petit in eum finem. Hæc enim voluntas ac desiderium, est signum, quòd peccata venialia detestetur; & sufficiens disposito ad hoc, vt Sacrificium omnia illa ei remittat, ijs exceptis in quibus actu sibi complaceret, aut in eisdem perseverandi haberet propositum. Nam huiusmodi propositum obicem ponit remissioni, etiam accedente Sacramento,

TERTIVS Missæ effectus est, obtinere à Deo Domino nostro gratiarum & virtutum augmentum, donaque supernaturalia: ad quorum impetrationem ab offerente vel assistente dirigatur. Quemadmodum enim Sacra Communio, quæ est Sacramentum, efficit gratiæ & charitatis augmentum ob specialem suam ad id virtutem (vt suo loco est dictum:) ita

Missæ

2 Heb. 4. 10.

2

c c
c c
c cDe consecr.
d. 2. c. vtrū
ibi. c. Quid
sit sanguis.

3

Tomo. 2.

Missa, qua est Sacrificium, impetrat feruentia auxilia & inspirationes quibus iusti exuunt torporem, & exercent actus feruentes, quibus prosperentur, & consequuntur illud augmentum. Et est valde credibile, quod si Sacerdos bene attendat ad ea, quæ ait statim atq; consecrationem peregit, accipiat huiusmodi auxilia, vt feruentius sese disponat reliquo tempore vsque ad Sacram communionem, in qua Sacrificium terminatur: cuius virtute perficietur magnis gratiæ augmentis, vt in vitæ suæ decursu cum huiusmodi meritis progrediatur.

QVARTVS Missæ effectus est impetratio omnium bonorum temporalium in eo gradu, quo ad nostram saluationem conducunt. Quædam modum enim huiusmodi bona possunt à Deo per orationes & preces petiti: ita potest eis coniungi Sacrificium, vt ad eas impetrandas maiorem habeant efficacitatem. Et hanc ob causam constituit Ecclesia, vt in Sacri Canone dicatur precatio Dominica, in qua ponuntur septem petitiones quæ complectuntur omnia bona temporalia & æterna, corporis & animæ, & veniam ac præseruationem ab omnibus malis. Nam ad hæc omnia valet hoc sacrificium, vt pote infiniti valoris ad impetranda omnia genera donorum, quæ Deus potest, & solet concedere; & ad omnia genera personarum, absque vlllo limite aut termino. Nam præcipuus Sacerdos illud offerens est infinite dignus, qui exaudiatur in omnibus quæ petuntur, & hoc sacrificium instituit tanquam signum & pignus, quod nobis largiretur, quod promisit se daturum. Cuius rei figura fuit in Gedeone, cui quidam Angelus ei promittebat: iussit eum offerre quoddam, holocaustum, dicens: *b tolle carnes & azymos panes & pone supra petram illam, & ius depones supra funde. Cumq; fecisset, ita, extendit Angelus Domini summitatem virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos: ascenduq; ignis de petra, & carnes azymosq; panes consumpsit: Angelus autem Domini euauit ex oculis eius.* Idem autem fit in sacrificio Missæ: in quo Saluatoris nostri caro azymi panis accidentibus tecta, & sanguis per ius significatus, cui admiscetur panis: quod facit Sacerdos, cum sacræ hostiæ particulam iniicit in calicem: & ob merita Pasionis Christi per petram virgâ tactam significatus exit ignis amoris: qui totum hoc holocaustum consumit, in signum quod æterno patri sit acceptum; & per illud exaudit nos, & corda nostra ad cælum eleuat, ac cælestibus benedictionibus replet, vt in rebus obsequij sui occupemur. Ex his quæ diximus facile deducitur Missam quoad impetrationem, æqualis esse valoris si pro multis, atque si pro vno tantum offeratur; nec eius valorem esse copiosorem, si pro paucis, nec minorem, si pro multis etiam innumeris offeratur. Quod in duobus casibus verum esse apparebit: *Alter est, quando multi eidem Sacro*

b iudic. 6.
20.

diendo adsunt: & vnusquisque illud Deo offert, vt quemlibet ex quatuor prædictis effectibus, aut simul omnes obtineat. Tunc inquam certum est: nullum assistentium impedire alterum; & vnumquemque eorum tantundem impetraturum, quantum si solus interfuisset, & pro sola sua necessitate obtulisset. Nam oblatio ipsa est infinita, & cum omnibus illis orat Christus; illamque offert ob necessitatem, quam quisque proponit. *Alter casus est, cum Sacerdos ipse Missam pro multis offert, ad eosdem effectus impetrandos: si enim eam offert pro vnoquoque in particulari: eodem modo pro omnibus impetrat, atque si pro vno solo eam obtulisset. Nam oblatio illa aded particularis æquiualeat multis orationibus, & oblationibus; & cum vnaquaque applicat Christus Dominus noster infinitum suarum orationum valorem. Magno etiam Deo Domino nostro perinde est, quod multi simul concurrant, vt aliquid ab eo petant, atque si vnus accederet: nam ita vnique attendit, atque si solus oraret. Imò potius plurium concursus iuuat, vt exaudiantur, propter vnionem charitatis, qua ad orandum simul conueniunt.*

§. II. *Effectus Missæ ex modo satisfactionis.*

EFFECTVS Missæ maximè proprius (vt ait S. Thomas & Theologi) est remittere pœnas, quas pro nostris peccatis luere deberemus. Quemadmodum enim Christus Dominus noster Sacramenta instituit, quorum præcipuus effectus esset culpas remittere, & delere (quamuis obiter soleat etiam pœnas, aut earum partem remittere): ita voluit Sacramentum hoc instituire, cuius præcipuus effectus esset pœnas remittere, quæ post dimissas culpas luendæ remanerent: applicans scilicet ex infinito suarum satisfactionum pretio eam partem, quæ ad satisfaciendum pro his pœnis esset necessaria. Ad cuius rei ampliorem explicationem est aduertendum, quod quemadmodum Christus Dominus noster constituit gratiæ gradus, & quantitatem, quam in singulis Sacramentis communikat; quæ augeri potest, iuxta augmentum dispositionis ea recipientis: ita etiam gradus & quantitatem constituit satisfactionis in vnaquaque Missa applicandæ offerenti; quamuis non possimus nos assequi, quot illi sint gradus. Ac proinde etiam assignauit, & constituit quantum ex illis pœnis sit remittendum propter talem satisfactionem; cum aliquo tamen discrimine. Cum enim Sacerdos sit publicus Ecclesiæ totius Minister, & Sacramentum offerat nomine eiusdem Christi: vtroque hoc nomine & titulo constituta est in vnaquaque Missa certa quædam pars satisfactionum, quam potest ipse applicare sibi ipsi, aut alijs fidelibus pro arbitratu suo; nec vnquam illa imminuitur ob ipsius malitiam. Nam (vt ostendit S. Thomas) non minus valet Missa mali Sacerdotis, quàm boni; sicut nec est minus efficace Sacramentum, quod peccator, quàm quod iustus administrat. Ac

3 p. q. 79. a.
5. c. 7.

Suarez. to
mo 2. disp.
74. Sect. 8.

3 p. q. 82. a. 6

Referatur de
consecr. d. 1.
c. 2. r. 17.

3. p. 9. 79. a. 5.

c. p. 1. Sacer.
dotes. 1. q. 1.Suar. disp.
69. sect. 8.6. Tho. 3. p. 9.
79. a. 7. art. 2.Suarez.
sect. 6.

propterea ait S. Augustinus: nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur Sacerdote. Præter hoc autem reliquis omnibus, qui eandem offerunt Missam, quales sunt qui ministrant, audiunt, aut offerri curant, est etiam satisfactionis pars aliqua designata; quæ in eis, cum non publicæ sed priuatæ sint personæ, crescit (vt idem S. Thomas dixit) eo gradu, quo eorum crescit deuotio. Et qui maiori feruore & amore Missam obtulerit, copiosiore, consequetur fructum, ob eius virtutem. Ex quo fit, vt cum sacerdos in Missa non solùm sit persona publica sed etiam priuata, sicut reliqui eam offerentes: hoc inquam nomine habet propriam suam partem satisfactionis: quæ angeri potest iuxta suæ dispositionis incrementum. Et eodem modo valor crescit omnium orationum & actionum, quam facit, quæ est particularis persona. Et in hoc sensu dixit Alexander Papius Sacerdotes quantum fuerint digniores, tantum facilius in necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiri.

Ex quo etiam fit, vt omnes, qui tanquam priuatæ personæ Missam offerunt, debeant esse in gratia Dei: vt hunc fructum obtinere possint. Nam qui in mortali peccato est, non est capax, vt illi pœna aliqua, cuius alius est reus, dimittatur; nec dignus est, cuius particularis oblatio acceptetur, vt alteri pœna aliqua, ipsius causâ, remittatur. Et ob eandem rationem, cum Sacerdos tanquam Minister publicus, Missam pro alijs offert: vt illi fructum hunc recipiant, & pœnæ eis remittantur: necesse est, eos in statu esse gratiæ: & hoc satis est, etiam si alia deuotio aut actualis dispositio in eis non adsit. Nam etiam procul distantibus, & dormientibus ea pœnæ quantitas remittitur, quæ per ipsam Missam illis applicatur. Qui effectus in omnibus est æqualis, etiam si ipsi in meritis sint inæquales: exempli causa: si vnus Sacerdos duas offerret Missas; alteram pro aliquo viro iusto valde perfecto; alteram pro iusto quidem, sed valde tepido; neutro tamen illorum sciente Missam pro se offerri: tunc inquam, æqualis esset in vtroque fructus satisfactionis. Et eodem modo, si duæ Missæ offerantur pro duabus animabus quæ sunt in purgatorio inæqualis sanctitatis; æqualis tamen vtrique pœna remittitur. Nam fructus hic non ex maiori aut minori suscipientis dispositione; sed ex applicatione sola Sacerdotis dependet; modò is cui applicatur, eius sit capax.

DENIQUE cum hic effectus in singulis Missis sit limitatus: necesse est, Sacrificia multiplicari, ad obtinendam plenam remissionem pœnarum, quando illæ sunt multæ. Non tamen negamus, præter eam pœnæ partem, quam Sacrificium propria virtute (quam *ex opere operato* vocant) remittit: posse etiam per modum impetrationis maiorem aliam pœnarum remissionem obtineri: siue procurando aliquas inspirationes, quæ impellant ad opera pœnitentiæ & satisfactionis, quibus torum debitum exsoluatur; siue eandem

dem

dem remissionem, absque alijs etiam operibus impetrando. Valde enim est conforme liberalitati Christi Domini nostri, quod propter feruentes Sancti alicuius Sacerdotis orationes, simul cum suis, quæ in ipso Sacrificio ipsi offeruntur, remittat gratiose aliquam partem pœnarum, aut etiam omnes, applicando pro hac solutione satisfactiones suas in maiori copia, & abundantia, quam communi nomine conferat Sacrificium. Nam quemadmodum à Deo Domino nostro impetrari potest, ut aliquis, qui detinetur captivus, ex ea seruitute liberetur; aut ægrotus quispiam à doloribus, quibus cruciatur: ita beatus aliquis, aut viriustus feruentibus suis orationibus impetrare à Deo poterit, ut aliqua anima ex purgatorio liberetur. Cùmque Ecclesia ex suis thesauris sæpè concedat indulgentias plenarias viuis ac defunctis, quæ excedunt valorem propriorum operum ad pœnas debitas exsoluendas; non erit mirum, quodd Christus Dominus noster ex infinitis suarum satisfactionum thesauris applicet aliquando gratuitas huiusmodi remissiones, ad instantiam suorum amicorum, id pro alijs petentium. Quamuis huius rei nulla adsit infallibilis regula; neque nisi rarò, ita euenit. Lex enim ordinata est, ut hæc pœnarum remissio fiat per satisfactiones, quæ applicantur ex valore Missarum, aut Ecclesiæ indulgentijs; aut per communicationem, quam vnus iustus potest alteri facere suarum satisfactionum; aut per eas, quas quisque pro se facit. Nec est cur extraordinaria media quærantur: cum possunt applicari ordinaria.

§. III. Orationes Missæ.

IMPONAMVS iam finem, addito alio quodam puncto siue membro magno momenti, ad plenè cognoscendos effectus Missæ. Quæ, præter præcipuam suam partem, hoc est Sacrificij substantiam, de qua intelliguntur, quæ hæctenus diximus: habet aliam partem, quæ complectitur orationes ac cæremonias, ipsam ab initio & confessione vsque ad finem comitantes: quas Sacerdos profert tanquam Minister Ecclesiæ, quæ omnium fidelium est congregatio; & omnium nomine, imò & omnes per eum eas mittunt in cælum. Ita ut Sacerdoti competat officium illius

2 Apoc. 8. 4.
2 Angeli, de quo ait S. Ioannes in Apocalypsi: quod a steterit ante altare habens thuribulum aureum; & data fuerint illi incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angelii coram Deo. Et acceperit thuribulum, illudque impleuerit de igne altaris, & ita miserit illud in terram; & statim facta fuerint tonitrua, & voces, & fulgura, & terre motus magnus. Hunc ergo in modum per ipsum Sacerdotem, qui Angelus Domini exercituum est,

3 Malach. 27.

Ita Aymon.
Ribera ibi.

3. p. q. 32.
a. 6.

Herriquex
lib. 9. de
Missâ. c. 7.
Novar. lib.
2. de Resit.
c. 2. n. 251.
Et 255.
Contra
sententiam Suar.
Dist. 79
Sect. 8. §. 2.

3. p. q. a. 6.

ascendunt orationes iustorum ac fidelium Ecclesiæ, quando is omni-
um nomine Missam celebrat, aut orat; easque offert super altare au-
reum, quod est IESVS CHRISTVS DEVS & homo verus: ob
cuius charitatem recipiuntur & expediuntur in throno æterni Patris.
Sed quodnam erit thuribulum aureum, quod est in manu Angeli nisi ip-
siusmet Saluatoris corpus, quod propter ingentem suam charitatem fuit
in passione sua vulneratum in pedibus, manibus, & latere, nostræ repa-
rationis causa. Hunc ergo eundem habet Sacerdos in manibus suis, cum
sacrum facit; eumque patri æterno offert, & cum eo simul vniuntur ora-
tiones ac desideria iustorum; & per eum projicit prunæ ignis, & accenso
affectus amoris, in eorum animas ad eas inflammandas, earum vitia con-
sumenda, & virtutibus donisque cœlestibus replendas. Ex quo magna
sentia oriuntur de iudicijs Dei, quæ quasi tonitrua terrent; illustrationes
Diuinæ, quæ quasi fulgura illustrant; magnæque cordium mutationes,
quæ sunt quasi terræmotus.

HAB autem Missæ orationes duplicem habent singularem excellentiam. *Aliam*, quod, teste S. Thoma, habeant virtutem impetrandi quod
petitur etiam si Sacerdos eas proferens sit improbus; etiam si fiduciam non
habeat, nec alias condiciones necessarias, ut ipse exaudiatur; ad hoc enim
satis est quod illas habeat Ecclesia, cuius nomine illæ offeruntur, vesp-
sius postea dicitur. *Altera* excellentia est: (quamvis non ad eam certamque
prima) quod satisfaciunt pro peccatis nostrorum peccatorum, plus quam
aliæ particulares orationes. Aliqui enim Doctores piè existimant: quod
quemadmodum Sacrificio Missæ respondet certus quidem gradus, & pars
satisfactionum ipsius Christi, ex eius speciali ordinatione, quæ pars ef-
ficaciter applicatur unicuique iusto, pro quo offertur, etiam si Sacerdos
sit improbus: ita etiam orationibus & Sacris cæremonijs, quæ ex Eccle-
siæ instituto adduntur sacrificio, responder certus gradus satisfactionis:
qui distribuitur in viua eius membra; nec propterea frustratur, quod
Sacerdos sit peccator. Nam ad id, aiunt, satis est, quod Ecclesia sit sancta,
& quod ipsa statuerit tales orationes offerri suo nomine. Eum in modum
quo elemosyna, quam pius Dominus per manus impij famuli largitur,
est satisfactoria, & consequitur indulgentiam, quæ elemosynam faci-
entibus est concessa. Hoc ipsam insinuat Angelicus Doctor dicens: om-
nes orationes improbi Sacerdotis, tam quas dicit in Missa, quam illæ, quas
dicit in officio Ecclesiastico, esse fructuosas. Cum igitur particulares Sa-
cerdotis peccatoris orationes possint esse fructuosæ, & vtilis, quoad im-
petrationem; signum est, eundem S. Thomam significare velle, oratio-
nes publicas talis Sacerdotis, esse etiam fructuosas quoad satisfactionem,
non ipsimet Sacerdoti: (cum enim is sit inimicus Dei, non est capax remil-
sionis

sionis alicuius poenae, donec culpa remittatur) sed aliis iustis, quibus ille eas applicauerit; aut pro quibus eas obtulerit, tanquam Ecclesiae Minister. Ex quo fit, vt, cum Sacerdos etiam degradatus, aut excommunicatus celebret contra Ecclesiae prohibitionem: quamuis Sacrificium habeat suum proprium valorem, & si illud applicet pro animabus purgatorij, aut pro aliis iustis, habeat suum proprium effectum: quia illud offert praecipue, quatenus est Christi Minister: orationes tamen, quas dicit tanquam Ecclesiae Minister, nullum habent effectum. Cum enim sit exclusus ab Ecclesiae ministerio in eo actu, non offeruntur eius nomine, nec habet valorem, quem propter illam essent habiturae. Et eadem ratione, si Missa offerretur pro aliquo excommunicato, non haberent orationes in eo hunc effectum: eo quod Ecclesia constituerit excommunicatos non esse participes orationum ac suffragiorum, quae illa pro omnibus offert.

Ex his satis patet, quod communiter dici solet: Missam habere tres fructus, siue effectus, vnum specialem, alterum specialissimum, & tertium omnibus communem. Specialis est gradus ille satisfactionis: qui ex ipsius Christi constitutione respondet Sacrificio, quod Sacerdos offert tanquam eius minister, constitutus ab Ecclesia ad tale ministerium. Et hunc gradum applicat Sacerdos illis personis, pro quibus Missam offert. Specialissimus effectus est, qui respondet propriae deuotioni ipsius Sacerdotis: quem etsi possit pro alio offerre, non tamen ad id tenetur. Communis effectus est, qui respondet sanctitati & voluntati Ecclesiae vniuersalis: quae per suos Ministros offert Sacrificium, omnesque orationes, quae illud comitantur in bonum & vtilitatem omnium suorum filiorum. Summi enim Pontifices, qui sunt Ecclesiae capita constituerunt hoc Sacrificium offerri pro omnibus fidelibus: & omnes tanquam mystici huius corporis membra, hanc voluntatem habent offerendi, & fruendi communis huius oblationis fructu. Ex quo fit, vt Sacerdoti non liceat quemquam excludere ab hoc fructu, etiam hostem suum capitalem. Quamuis enim non teneatur Missam celebrare: si tamen eam celebret, contra charitatem faceret, si beneficium commune cuius communitatis membro, & ius habenti, vt eius sit particeps, illud denegaret.

PRAEPARATIO AD BENE CELEBRANDVM; ET MAGNA
animi puritas ad id requisita.



PSIVS MISSAE EXCELLENTIA VALDE OBSTRIGIT SACERDOTES, vt se praeparent ad eam cum dignitate, quã par est celebrandam: in Statu scilicet gratiæ & absque lethali peccati conscientia. Et hæc prima est præparatio, ad quam duplici titulo obligantur. *Altero*, eò quod Sanctissimum Sacramentum sint accepturi; *altero*, eò quod sint Sacrosanctum Sacrificium oblaturi. Quare, si cum peccato mortali accedant duo magna sacrilegia committent, aut certe vnum grauissimum, ob duas causas. Altera est eò quod in malo statu communicent: & hoc sacrilegium est commune etiam sæcularibus, in eo statu communicantibus; grauius est in Sacerdotibus propter maiorem eorum obligationem: quæ ratione suæ consecrationis tenentur non inferre talem iniuriam Sanctissimo Sacramento. Altera causa est, eò quod etiam consecrent in peccato mortali. Hoc enim solum sufficeret ad peccatum mortale contrahendum quia omnes Ministri Sacramentorum tenentur (vt probat S. Thomas) constituere se in gratia & amicitia cum Deo, quando illa volunt administrare: cum volunt verbi gratiã solemniter baptizare, aut penitentem absolueret; ac multò magis, cum corpus & Sanguinem Iesu Christi Domini nostri sint consecraturi: quia tunc excellentissimum omnium Sacramentorum conficiunt. Quare necesse est (vt S. Dionysius ait) *munde mensis contingere*, magnæq; temeritatis est: *quæ sunt Diuina, præter Diminutionem exequi*, & absque dignitate, qua par est ea tractari: quasi cogitantes, Deum non videre, quæ ipsi vident; & quasi decipere vellent eum quem Patrem appellant, dum super signa Diuina proferre audent scditates suas, ad dicam orationes. Hæc Dionys. Et idem asserit S. Augustinus, dicens: omnia Sacramenta nocere, indignè ea administranti: quamuis proficiat dignè recipienti. Et Sacrificium (inquit) non potest dignè offerri, nisi à Sacerdote iusto, iuxta ea, quæ Dominus noster in antiqua lege dixit: *a Sacerdote quo accedunt ad Dominum, sanctificentur: ne percussat eos.* Item b *Omnis homo in quo est immundicia, qui accesserit ad ea quæ sunt consecrata, peribit coram Domino.* Et per Isaiam dixit: *c peccator, qui mactat pecus, quasi exerebret canem. & qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat.* vult enim significare oblationem, etiamsi per se sit bona, esse detestandam, in quantum procedit à Sacerdote ducente vitam adeo improbam, quæ non competit tali oblationi, nam quod in se est, magna infamia illam afficit. Nam (vt Apollonius

3 p. q. 64.
a 6.

De Eccles.
Hier. c. 1.
Epist. 8 ad
Demophil.
Vide S. Tho
sup in arg.
Sed contra.

Lib. 2. con-
tra Parmen
c. 10. Lib. 4.
de Trinit.
c. 14.
a Exod. 19.
2 2.
b Leu. 22. 3
c Isai. 66. 3.

(Iohannes ait) *non diuisat corpus Domini*; nec à puro pane & vino discernit: cum eodem modo vnum offerat, atque alterum offerret. Ac denique cum Christus Dominus noster præcipuus sit Sacerdos, qui hoc Sacrificium offert, vtens Sacerdotibus ad id consecratis, tanquam instrumentis; tenentur omnino illi, eum in puritate imitari, estque insignis inurbanitas, ad eandem oblationem faciendam ei se coniungere, cum tanta vitæ difformitate.

§. I.

SED VITERIUS progreditur prima hæc obligatio, declarauit enim Ecclesia; quamuis ad culpæ mortalis remissionem vera contritio sufficiat, necessariò tamen Sacramentalem confessionem Sacræ Communioni & celebrationi Missæ esse præmittendam: & Sacerdotem qui necessitate urgente, absque præuia confessione celebraret; debere, quam primùm confessarium habuerit, confiteri. Ex quo fit, quod etiamsi post confessionem Sacram Missæ incipiat; si in ipso progressu, ante consecrationem, vel cogitatione laberetur in aliquod mortale peccatum, teneatur statim ante consecrationem dare operam, vt actum contritionis eliciat: vt consecratione ipsam dignè peragat: & idem est, si in simile cogitatione consentiret ante sacram Communionem; vt enim dignè communicet, præmittendus est actus contritionis; & Missa finita, Confessio facienda. Et idem dico; si in simile peccatum incideret, antequam Sacram communionem alijs porrigeret. Nam etiam, ad id dignè faciendum, necesse est contendere, vt sit in Statu gratiæ, vt affirmant Doctores, & S. Nicolaus Papa de malo Sacerdote ait, quod bono administrando seipsum tantummodo lædat, & vnde alijs commodum exhibet, inde sibi dispendium præbeat.

SED multò plura meritò sunt addenda, vt Sacrum, quâ par est dignitate, celebretur. Maiori enim puritate, & virtutum exercitiis, quæ animam exornant, præparare se debet, qui supremum hunc hospitem in domo sua excipere cogitat. Sed quoniam de hac præparatione fufius actum est in Tract. de Communione: aliqua nunc tantum particularia adferemus, quæ magis spectant ad Sacerdotes: quorum mundities, vt ex præcedenti Tractatu constat, debet esse quasi Angelorum, reuocando sibi in memoriam, quòd Christus Dominus noster, cum Sanctissimum hoc Sacrificium primùm offerre voluit, & suos Apostolos ordinare Sacerdotes, Sacramque eis Communionem dare: prius eorum pedes lauerit. Quamuis enim à quo in eius societate versabantur, à grauioribus culpis immunes erant, voluit tamen, præmittendo lotionem pedum, eis significare, quod oporteret etiam esse mundos à culpis leuioribus, & curis, cogitationibusque terrenis; ad dignè suscipiendum Ordine

Sacerdo-

2
d 1. Corint.
11. 18.
Trident.
Sess. 13.
c. 7. & Can.
11.

In 4 Senten.
13
Suar. Diff.
72.
Sect. 4. To. 3
15. q. 8. c. ult.

3

Tomo. 1.
Tract. 4.

a Ioñ. 13. 10

Sacerdotalem, & purissimum sui Corporis & Sanguinis Sacramentum. Ac propterea dixit eis: *a qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet; sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes: aderat enim qui eum erat traditurus, lethali culpâ infectus.* Ostendit præterea Saliator noster zelum purissimi Sacerdotis, cum voluit eos lauare ac purificare, quibus sacra communionem erat daturus: ut intelligant Sacerdotes ad suum officium pertinere, reliquos lauare & purificare, qui supremi huius Sacrificij & Sacramenti participes esse volunt; facientes ex parte sua quicquid poterant ut sic purificati alij accedant: quamuis re ipsa non sit aliquis ludas defensor, qui accedat immundus. Hoc autem totum Sacerdotes ipsos magis obstringit, ut studeant summam, quam possint, mundiciæ in seipsis terere. Neque enim facile aliis eam persuadere poterunt, si ipsi ea careant. Quasi Patena & calix non solum esse debent preciosi, ex auro scilicet, vel argento; sed etiam mundissima à quocunque puluere & macula: eoque purissimo & sanctissimo corpore & sanguine Saluatoris contingant: quanto enim magis rationi conueniunt, Sacerdotes habere manus mundas à peccatis operibus; linguam à verbis ineptis; & pectus suum à malis desideriis & cogitationibus; & sese purificare ab omni immunditia, etiam valde parum. Meminerint, dixisse Apostolum: *b In magna domo Ecclesiæ non solum sunt vasa aurea & argentea; sed & lignea & fictilia: & quadam quidem in honorem, quadam autem in contumeliam. c Quadam vasa misericordiae, & quadam vero d Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum, & tunc Domino, ad omne opus bonum paratum.* Cui autem dubium esse potest: debere Sacerdotem esse vas aureum ob charitatem valde perfectam; aut saltem argenteum, propter vitæ puritatem & candorem? Et quemadmodum non debet in ligneo aut fictili vase consecrare ita non decet Sacerdotis vitam esse contemptibilem, & terrenam. Sed etsi aureus sit, siue argenteus: debet valde purificari & mundari ab omni nebula, quæ ipsum possit offuscari aut obscurare: iuxta illud Sapientis: *c aufer ruginem de argento, & ego dicitur vas purissimum.* Et tunc in magna Dei domo erit vas in honorem, dignus scilicet qui honore afficiatur ob ministerium suum bene præstitum; erit vas sanctum, in quo Diuinum hoc Sacramentum dignè manere possit, erit & vas misericordiae; in quo diuitiæ gratiæ reponantur; erit vas utile Domino: nam ex ipsius Sacrificij & ministerij corpus mysticum Ecclesiæ magnum accipiet commodum, & vtilitatem; ac denique erit ad omne opus bonum aptum & paratum; & nominatim ad Sanctissimum hoc Sacrificium offerendum, & Diuinissimum Sacramentum suscipiendum; quod in Sacra Scriptura per excellentiam appellatur *f bonum & pulchrum* quod Deus habet in terra: ac proinde dignum est, quod offeratur à Ministris bonis absque aliqua malitia; & pulchris absque aliqua fraudi.

b 2. Tim. 2

20.

c Rom. 9.

21.

d 1. Tim. 2.

21.

c Prou. 15. 4

Zach. 6.

7.

ate: *g Colati & purgati*, vt ait alius Propheta, *quasi aurum & quasi argentum vt sint Domino offerentes Sacrificia in iustitia.*

§. II.

AD HANC purificationem benè, vt oportet faciendam, multum refert, quòd Sacerdos ante ipsam Missam offerat Deo Domino nostro spirituale aliud sui ipsius Sacrificiù in altari cordis sui, incipiens ab a *Spiritu*, quem Dauid vocat *contritulum, cor contritum, & humiliatum*, quod faciendum monet S. Gregorius his verbis; Necesse est, vt cum hæc agimus, nosmetiplos Deo in cordis contritione mactemus; quia qui Passionis Dominicæ mysteria celebramus, debemus imitari, quod agimus. Et quoniam Sacrificium hoc tres partes complectitur, in omnibus debet Sacerdos cum magno feruore se disponere.

PRIMUM debet in memoriam reuocare culpas suas omnes ab vltima confessione, aut Missa, quam celebravit; easquè coniungere cum ijs, quas non nouit, aut non recordatur; & cum reliquis totius vitæ præteritæ, quæ sunt innumeræ: vt ipsemet in Missa fatetur, cum dicit: *suscipe hanc oblationem pro innumerabilibus peccatis, offensionibus, & negligentis meis*. Quare pro eisdem omnibus antequam accedat ad ipsam Missam offerre debet Sacrificium Contritionis: dolens scilicet de eis, quatenus offenderunt Deum adedè benignum & bonum; vt cum ipse adedè esset aliàs improbus, electus tamen ab eo fuerit, vt eius esset Sacerdos; & nunc dignetur ad se, adhuc adedè indignum, venire; ac demisso animo petens earundem culparum & negligentiarum veniam; addito etiam firmo, valdequè efficaci proposito emendationis. Deinde offerre debet Sacrificium Confessionis, quod Propheta appellat *b vitulù laborum nostrorum*, confitendo scilicet confessario peccata sua. Quamuis enim peccatorum venialium Confessio, necessaria non sit; valde tamè vtile est, aliquoties in septimana eam facere, vt maiori cum puritate ad Missam accedat. Die autem, quo non confiteretur Sacerdoti, expedit culpas suas ipsimet Deo cum Dauide confiteri, qui dicebat. *c delictum meum cognitum tibi feci: & dixi: confitebor aduersum me in iustitiam meam Domino*; suumq; peccus cum publicano percutere, in signum desiderij quo tenetur illud conterere; & cum sui cordis dolore aperire. Hanc enim ob causam præmittitur semper missæ Confessio generalis, in qua ter Sacerdos tundit peccus suum, ad supplendum defectus, qui fortè in Confessione speciali fuerunt. Et vt Sacrificium sit perfectum, peragenda statim est pœnitentià à Confessario iniuncta; aut alia satisfactio, quæ aliquem doloris sensum adferat, adhibenda, & quasi hostia viua Deo, ad eum placandum offerenda.

DE HIS actibus, & perfectione, qua debent exerceri, fusiùs dictum est, dum egimus de Sacramento pœnitentiæ. Circa quæm Sacerdotes me-

a *Psal. 50. 19*4. *Dialog. c. 99.*

2

b *Osea. 14. 3.*c *Psal. 31. 5.*

3

Tomo. 1.
tract. 3.

ritò debent esse valde exercitati; tum quòd cum sint Ministri huius Sacramenti, & aliorum, Pœnitentium iudices, ratione huius officij nosse debent benè quicquid pertinet ad obligationem ipsorum pœnitentiam illudque etiam præstare, quando & ipsi sunt pœnitentes: seipsos benè explicantes, suisque Confessarijs ita se subijcientes: sicut ipsimet volunt ipsos pœnitentes apertè se explicare, & ipsis subijcere. Deinde, cum ipsorum ministeria summam exigant cordis mundiciem: necesse est, frequenter maculas suas, quibus inficiuntur, abluere, & omnino ad manum habere remedium, antequam Sacrificium auspiciantur. Et in hunc finem iussit Deus, Moysen *facere labrum aneum, & ponere inter tabernaculum & ostium eius & altare. In quod missa aqua, lauarent Sacerdotes manus & pedes quando ingressuri essent Tabernaculum Testimonij, & accessuri ad altare, ut offerrent in thymiama Domino.* Qua figura significabatur, quòd Sacerdotes debeant promptu habere lauacrum pœnitentiæ, in quo culpas suas abluant, antequam in DEI tabernaculum intrent, & accedant ad Sacrum altare: ut sua offerant Sacrificia. Nominatim autem lauandæ sunt manus, & pedes: ut opera & affectus purificentur. Non enim decet lordidis pedibus ingredi in Sancta sanctorum; nec res sacras manibus maculatis contingere. Et eo spectant etiam manuum lotiones, quæ nunc ante Missam, & in eius medio fiunt, ut postea videbimus. Nec vacat mysterio, quòd non iusserit Deus lauari caput, aut faciem: non enim ea prætermisit, quòd non debeant valde esse munda: sed ut Sacerdotes intelligant, adeo puram vitam ducere se debere à culpis grauioribus, quæ faciem maculant & rubore suffundunt: ut opus non sit expresse eis dicere; ut eam abluant: si sit maculata. Sed in eo quoque latet mysterium, quòd scriptura Diuina dicit e fecisse Moysen labrum aneum prædictum (in quo Sacerdotes lauarent) *de speculo mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.* Et quænam hæc sunt specula, (ait Gregorius) nisi præcepta Diuinæ legis, eiusque consilia, in quibus puræ animæ in hoc exilio viuentes, seipsas aspiciunt, vigilantes ad ostia cœlestia, expectantes diem in quo pateat ipsis in cœlū aditus? Ex his igitur speculis cõsueitur hoc lauacrum, ut Sacerdotes illud aspicientes, deprehendant proprios defectus contra Dei præcepta, & consilia, & propria sui status; lauentque maculas quibus sunt infecti, & excitentur ad imitandam puritatem animarum, quæ, in hæc Specula aspicientes, puram duxerunt vitam. Vera enim pœnitentia non debet sistere in culparum mundicie, sed progredi ad renouationem bonorum operum: accipiendo pro exemplari, quòd imitentur, excellentem & purissimam vitam Sanctorum Sacerdotum, qui fuerunt in Ecclesia. Nam si, qui nunc sunt, illis æquarantur in dignitate: æquum omnino est, ut etiam studeant illis esse in Sanctitate æquales, & cum eadem obeant munia, ac ministeria: non sint inferiores in puri-

d Exod. 3. 18

e. s. s. 2 & c.
s. s. 4.

e Exod. 38. 8

Homi. 17. in
Euangelia.

puritate & perfectione, ipsis ministerijs conueniente.

Nec tamen etiam postquam benè se abluerit Sacerdos, existimare debet sufficientem se habere mundiciem; sed profunda potiùs humilitate se immundum iudicare, & quasi nauseam in Dei conspectu mouere, iuxta id, quod scribitur in Iob: *Quid est homo, ut immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere: inter Sanctos nemo immutabilis, & caeli non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?* Quomodo igitur satis mundum me existimabo, ut labijs meis sacrum calicem attingam, & purissimum mei Saluatoris sanguinem bibam? *Va mihi* (dicebat Ilias) *quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Vix autem Propheta hæc verba protulerat, cum volauit ad eum unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem tulerat de altari. *Ei tetigit os eius, ac peccatum eius mundauit.* Commiseretur enim Dominus noster humilium, qui suam fatentur immundiciam, à qua cupiunt liberari: ut sancto ipsius altari mundè assistant: ut autem eos desiderij sui compotes faciat, communicat eis accensos Contritionis & amoris affectus, quibus amplius in sua puritate perficiantur.

Iob. 15. 14.

Iai. 6. 5.

CAPVT. VII.

SACRVM MISSAE PRAECEDERE DEBET TANQVAM

Præparatio, Oratio & Meditatio. Ponuntur septem considerationes, singule pro singulis hebdomadae diebus.



AD MISSAM DIGNE CELEBRANDAM præmitti quoque debet insigne illud Sacrificium, de quo Dauid: *a dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; eleuatio manuum mearum sit quasi Sacrificium vespertinum.* Potest autem hoc Sacrificium duobus modis offerri. *Primus* est legendo Psalmos & orationes vocales, quas Ecclesia ad hanc præparationem in ipso Missali proponit: legendo tamen eos cum animi sensu ac deuotione eo modo, quem post Horas Canonicas inferiùs indicabimus: *Secundus* modus est, per exercitium orationis mentalis, quæ magis propriè comparatur cum incenso, quod positum super prunas comburitur & dissoluitur: estque Sacrificium in Altari cordis offerendum: in quo (ut dicitur in Leuitico, & inferiùs amplius explicabitur) *b Ignis semper ardebit; quem nutriet Sacerdos subiciens sanctarum considerationum ligna mane per singulos dies:* & postquam benè erit accensus, imponetur incensum petitionum & orationum, quæ ascendant ad conspectum Dei. Officium itaque perfecti Sacerdotis debet esse: ipsi Sacro Missæ præmittere aliquam meditationem circa Diuina mysteria; variisque considerationibus sese exercere, quæ excitet varios cordis affectus, amoris, reuerentiæ, timoris, humilitatis,

2 Psal. 140. 2.

coelestium
affectuum
Leui. 6. 12
Tract. 3. c. 3.

Tom. 1.
tract. 4. s. 4.

fiduciæ, obedientiæ, & similes alios; ac denique concludere petitionibus & colloquijs cum Deo Domino nostro: vt impetret quod optat, possitque dignè ad sacrum Altare accedere. Huius rei praxim posuimus in tractatu de sacra cœmunionem cum varijs considerationibus, quæ iuuant ipsius præparationem per omnes hebdomadæ dies. Et speciatim positæ fuerunt septem considerationes, quæ complectebantur omnia, quæ in Sanctissimo hoc Sacramento continentur. In quibus merito Sacerdotes sese exercent, perpendentes in singulis non solum quod accipiunt; sed etiam quod offerunt: siquidem vtrumque in Missa faciunt. Accipiunt enim corpus Christi D. N. glorificatum, preciosum eius Sanguinem, Sanctissimam animam, ac Diuinam Personam infinitam, heroicæ eius virtutes, & satisfactiones, ac merita: & hæc eadem æterno Patri offerunt in hoc Sacrificio: & quidem prius offerunt quàm suscipiant: quod si oblatio bene fiat, cœmunionis fit magis fructuosa.

SED quoniam argumentum hoc copiosissimum est, suauissimum, & utilissimum; addemus hic breues alias considerationes, Sacerdotibus magis accommodatas: vt breui illo tempore, quod expendunt in præparatione ad ipsam Missam, breuia aliqua puncta in promptu habeant, quibus pij, neque prolixioribus ratiocinationibus addicti, inescantur ac fontantur excelsis affectibus, qui hic insinuantur; qui autem fusioribus ratiocinationibus magis proficiunt, possint vela earum amplius extendere; & novas cogitationes inquirent, quibus novos excitent affectus. Singularem autem considerationum thema & fundamentum erit insignis aliquis Sacræ Scripturæ locus, qui memoriæ ita deseruiat, vt cœmunionem reliqua totum diem quasi festum agant ei.

c Psal. 75. 1.

I. Consideratio pro die Dominico.

a Ioan. 3. 16.

SIC DEVS dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Quæ admodum Deus summum amorem suum erga mundum ostendit, dans ei filium suum vnigenitum, vt eius reparationis causa homo fieret, accipiens ad id tanquam instrumentum Beatissimam Virginem Dominam nostram, quæ vt Mater illum in suis visceribus concepit: ita mundus eundem summum amorem suum erga eundem mundum ostendit, dans ei eundem filium suum vnigenitum, quo alatur & sustentetur: vt tunc autem ad hoc tanquam instrumento Sacerdote consecrante in Missa panem & vinum.

ELVA igitur, ô anima mea, oculos tuos, vt attentius videas, quis ille sit, qui tanto amore hoc donum tibi largitur: & agnosces, esse Deum infinitum, æternum, & immensum, summè bonum, sapientem ac potentem, qui eo solo, quod se aspiciat, & amet, infinito gaudio perfruitur: vt opus non habeat quenquam alium diligere, vt ipse sit beatus; cuius amor non

in totis

in solis consistit verbis, sed in re ipsa: quia quemcumque amat, semper ei aliquid tribuit: quod, licet in se modicum videatur: magni tamen est valoris, eò quòd talis sit qui illud donat, tantoque amore donat. **A T T E N D E** etiam statim, quale donum hic det, dilectissimum scilicet ac preciosissimum, quod habebat: dat enim nobis vnigenitum filium suum, verum Deum & hominem: quia quò Deus, & quò est infinitus, sapiens, ac potens atque ipsemet eius Pater; quò homo autem habet omnes thesauros Sapientiae, & charitatis Dei: quamuis ad nos veniat, velo panis & vini tectus; quia non potuisset mundus infinitum eius splendorem intueri, & ferre. **P E R P E N D E** etiam, cui donum hoc adeò preciosum detur; & inuenies dari toti mundo, non solum Ecclesiae capitibus, Principibus, & Magnatibus terrae; sed Christianis omnibus, etiam si aliquibus valde abiectis, & qui magni fuerint peccatores: vt omnes illud in sua viscera immittant; vt nutriantur & confortentur gratis ac donis, quae in ea ingressum eis communicat. **A T T E N D E** denique per quodnam medium hoc donum detur, & videbis esse Sacerdotes, in quorum voluntate amabilissimus Deus suam posuit, statuens dare hoc donum, quancumque Sacerdos (quicumque ille sit) panem & vinum consecrauerit. Dat autem hoc donum non solum vt illud comedat, & sumat; sed etiam vt in Sacrificio illud offerat: & sic illud ei reddat in gratiarum actionem, ob tanti doni magnitudinem. O Deus in amando immense, & in donando profusissime! quis mihi det, ita te amare, sicut me amas: vt dem tibi quicquid à me petis! summo amore dedisti mihi summum quod habebas: nunc venio, vt cum omni cordis mei amore summum, quod possum, hoc est id ipsum quod mihi donasti, tibi de nudo offeram. Sic ostendam meum erga te amorem: cum filium tuum vnigenitum tibi obtulero; vt per eum summum tibi deferam honorem, gratiasque summas agam pro amore, quo illum mihi dedisti. Per tuum erga eum amorem oro supplex, vt me ita amore tuo accendas, vt semper & in omnibus tibi paream, & seruiam in aeternum. Amen.

II. Consideratio pro Feria. II.

Quod proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Cur anima mea contritioris? cur me conturbas, audiens talia verba? Quid dubitas, ac diffidis, tale habens pignus & cautionem? considera infinitam liberalitatem Dei tui: qui ob amorem, quo te prosequitur, omnia quaecumque fecit, in tuum commodum destinauit: b Omnia (ait Apostolus) vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia siue futura: omnia enim vestra sunt: Vos autem Christi, Christus autem Dei. Cuius charitas eò usque peruenit, vt nec vnigenito filio, quem in sua aeternitate genuit, pepercerit, neque ab hac sua ordinatione voluerit exemptum,

2.

3.

4.

a Rom. 8. 32.

1.

b 1 Cor. 3.

2.

sed miserit in mundum, & commodi tui causa morti tradiderit. Neq; hic contentus quotidie eum mittit, & in cibum & potum ad te nutriendum tradit. **A T T E N D E** igitur quod in hoc dono simul omnia tibi tradit; & ac titulū, quo omnia obtineas. Hic. n. tradit tibi Angelos, qui te custodiant ac iuuent; dat suas gratias ac virtutes, quibus exoneris ac sanctificeris; dat tibi merita & satisfactiones filij tui, quibus defectum & paruitatem tuarum satisfactionum suppleas; tradit tibi vltimum rerum temporalium, in quo gradu eis indiges dat aternas, vt lpe eas obrinendi latificeris; dat seipsum tibi Deus infinitus, tanquam vltimum finem & beatitudinem preparam, qua nunc dulci contemplatione, postea verò clara visione fruaris. In pignus autem & cautionem horum omnium dat tibi vnigenitum filium suum, sub hoc velo latentem: qui tantum valet, quantum quidquid tibi promittit; & tu potes desiderare, vt satureris. Ne autem aliquid debitationis vestigium superfit, vult hunc eundem filium suum, tuā esse oblationem, quam ei quotidie offeras: vt quidquid petieris, impetrare possis. *c. Fili (ait Ecclesiasticus) in tua infirmitate ne despicias teipsum. Da suauitatem & memoriam similitudinū, & impingua oblationem quasi dicat. offerat Deo suaue olens Sacrificium, & electæ farinae memoriale: quæ erit valde pinguis oblatio. Quoddam autem Sacrificium hoc est, nisi Mistæ? in quo in odorem suauitatis offertur panis viuus, qui de cælo descendit, & pinguis vitulus humanitatis Sacratissimæ, quæ sit omnium tuarum infirmitatum medicamentum, & miseriarum remedium: Ne autem existimes hanc suauē ad eod oblationē à Deo despiciendā, eo quod sis tu, qui illā offerat ipsemet Dei filius per te, fungitur officio Sacerdotis, tecūq; illā offerat, vt petat & exaudiatur pro te & remuneret in te, quod ipse facit per te. O Pater supreme; quid vltra facere poteras, quā, fecisti vt me prouocares ad te amandū, & non abiiciendū animū, aut diffidendū, me obtenturū, quod tibi melius seruiā desidero. Tu vnigenito filio tuo nō pepercisti propter me, neq; ego vnice animæ meæ ac vitæ parcā propter te. Totā ergo eā tu trado obsequio, & cū ea simul res omnes meas Accipe igitur oblationem hanc etsi vilē & abiectā propter filij tui oblationē, quæ adeo est preciosa.*

c. Eccl. 38. 9. 11.

a Ioan. 10. 11. 1. b Marc. 10. 18. Luc. 18. 19.

III. Consideratio pro Feria III.

EGO SVM PASTOR BONVS. *bonus pastor animam suam dat pro ovis suis.* O supreme Pastor, explica tu ipse, quis sis, & quomodo voceris bonus? nam cuidam adolescenti dixisti: *b nemo bonus, nisi vnus & solus Deus.* Sed ex hoc video, quod iure optimo teipsum appelles *Pastorem bonum*; es enim verus Deus; bonus per essentiam, & ipsamet bonitas infinita, & fons totius bonitatis, quæ in cælo & in terra communicatur. Cum igitur bonitas sit amoris obiectum: tu ob infinitam tuam bonitatem dignissimus es, qui amore infinito diligaris. O si haberē amorē infinitum, vt te pro meritis amarem. **S E D** explica mihi Domine, in quo ostendis te esse

bonum

bonū Pastorem? in quo tamē id ostēdere poteris: nisi cum facies summum quod potes pro ouibus tuis? descēdisti è cœlo, vt eas perditas quæreres; vitāq; tuā pro earum redemptione exponeres; Sanguineq; tuo earum debita persolueres. Neque his cōtētus, è cœlo quotidie descendis, vt eas pascas neq; alio quidē pastu, quā ipsomet corpore tuo; nec alio, potu, quā ipso Sanguine tuo. O charitatē absque mensura! O amorem ab omni lucro expeditū! alij pastores aluntur carnibus & lacte suarum ouium: tu autē Pastor bone, eas propria carne & sanguine alis. Dignus sanè titulo boni Pastoris; in quo solo tanta bonitas potuit inueniri! **S E D** adhuc aperi mihi, Dñe, quis mihi cibū hunc & potū adferat, vt eis alar & nutriat? O immēnsa cœlestis nostri Pastoris largitarem! qui ne pastus hic cœlestis in terra de esset curā eū è cœlo deferendi, ipsismet terræ habitatoribus cōmiser. Nam quicumq; Sacerdos Missā celebrat, in quacunq; terræ parte efficit, vt panis hic cœlestis è cœlo descendat, ad Christi oues alēdas. Quis mihi det, vt vera sim ouis tua: vt hoc Diuino pastu fruatur! **S E D** quid dicā, Deus meus: cum oues esse soleāt oblatio, quæ in Sacrificio mactātur in pastorū cōmodū: tu autē, pastor supreme, offers te ipsum in Sacrificiū, in ouium tuarū commodum. Ego igitur, Domine, vtrumque faciam: nam simul cum Sacrificio preciosi tui corporis & Sanguinis offeram me ipsum tanquam ouem tuā in Sacrificium, iugulās & extinguens in me ipso quicquid tibi aduersatur.

1 V. Consideratio pro Feria 1 V.

EGO SUM VITIS, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multum. Perpēde primū Iesū Christū verū Deū & hominē esse vitē, ex qua & Esse, & virtutē omnē accipiūt homines, qui eius sunt palmites: modò tamen ipsi viti sint vniti. Sed quo modo vnitio hæc fieri poterit vite in cœlo permanente, palmitibus verò in terra? Tu o Deus omnipotēs; qui res valde à se inuicē distātes cōiūgere, & vnire nosti, id præstas, etiāsi nulla illarū propriū deserat locū. Vitis. n. ipsa in cœlo manens, quotidie descendit, vt palmitib. suis in terra manentib. vnatur. Et quoniā vitis manere solet terra cooperta, descēdit etiā hæc panis & vini accidētib. tecta: & sic in domū iusti ingreditur, qui palmes est: cū quo per ineffabilem amoris vnionē coniūgitur. *Cōsidera* mox fructum ex eo proueniētē quod palmes cum hac vite coniūgatur. Qualis. n. vitis est, talis & virtus erit, quæ influit in palmitem; vt fructū ferat tali vite dignū. Ac proinde, qui est Christo Dño vnitus, fructus proferet Christo dignos; charitatis scilicet & misericordiar; tēperariar; & castitatis; obediētiar; & patientiar; ei similis, quæ fuit in Christo. Et quid mirū, quod hoc faciat Dñs ille, qui voluit se vitem appellare: siquidē voluit carnē suā esse verū cibū, & sanguinē suū verū potū? Qualis autē est cibus & potus, tales generat in sumentib. humores. Stude igitur quotidie te cōiūgere tuo Redēptori: vt copiose eius redemptionis fructū particeps fias. Alioquin eueniet tibi q̄ Palmiti à sua vite adscisso, qui nec fructum

fructum ferre potest, nec in vllum vsum valet; nisi, vt missus in ignem ardeat. Ita igitur: si à Christo te separes, nullum proferes meritum fructum, sed eris ignis inferni fomentum. TERTIO denique perpende Sacerdotes esse Diuinæ huius vnionis instrumenta; ipsi enim, dum verba Consecrationis proferunt, vitem è cælo deducunt; eamque palmitibus coniungunt, cum sacram porrigunt Communionem. Quare si Communiones, manebis intimè cum tuo Salvatore vnitus, ipse enim dixit: *b Quæ manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet: & ego in eo & viuet propter me,* sicut palmes ex vite viuunt, quamdiu est illi coniunctus. O Saluator dulcissime, palmes tuus sum, tecum vnitus esse cupio, & ad id ad tuam præsentiam venio; satis sit, quòd tamdiu à te separatum manserim: inferre itaque me in teipsum, qui es vitis mea: vt per te viuam non iam vitam meam, sed tuam: viuente te in me, & me in te in ætænum. Amen.

V. Consideratio pro Feria. V.

E G O S Y M V I A, *veritas & vita.* O veritas æterna, constitue me in recta via, qua perueniam ad te vitam meam. Cumque hæc tria habeam in hoc Diuino Sacramento existens, & offeraris in hoc sancto Sacrificio: doceas me, qua ratione ea præstes, vt possim eis frui. Ego enim Saluator sum V I A salutis, & perfectionis tuæ; & per me eundem tibi ad Patrem meum; per me illi placebis, eum placabis gratiamque in oculis inuenies. Ego sum via, per quam ad vitam peruenies æternam, & ad præmium promissum peregrinantibus per fidem in hoc mundo. Ego via sum, per quam ad Sanctitatis culmen, & contemplationis montem ascenditur; per me obtinebis humilitatem, obedientiam, Patientiam, virtutum omnium perfectionem; remedium necessitatum tuarum corporalium, & spiritualium; & compos fies piorum tuorum desideriorum & abundantiam consequeris omnium bonorum temporalium & æternorum. Harum rerum quasdam obtinebis, cum hoc sacrificium offeres, alias sumendo me in hoc Sacramento. Attende, quòd ego sim viator peregrinantium: *b surge & comede: grandis enim tibi restat via, & in fortibus nec tibi huius peruenies vsque ad montem Dei Floreb; vbi arcana mea tibi sic Elie aperiam, & optatam pacem consequeris deuictis hostibus tuis.*

A T T E N D E etiam, quòd ego sim *veritas*, quam significabant omnia sacrificia, Sacramenta, & Cæremoniæ Legis Antiquæ; & in me inuenies veram sanctitatem, quam illa significabant, nec tamen largiebantur. Ego sum veritas in qua omnes veritates, quas firmiter credere debes, summariè continentur. Credens in me, omnia credis; hoc enim Sacramentum est per excellentiam mysterium Fidei; hic credis meam Diuinitatem, Omnipotentiam, & Maiestatem infinitam; processione, qua prodeò à Patre

b Ioan 6.
17.

Ioan.
14.6.
1

b 3 Reg.
19.7.

2

meo; credis quoque incarnationem, Passionem, & mortem meam, eiusque fructus. Excita igitur fidem tuam, excipe me magna fide: & ipsa experientia agnosces veritatem Fidei. Sum etiam veritas infallibilis, quæ fallere neminem possum, nec prætermittere, quod promitto; in cuius rei pignus me ipsum colloco in hoc Sacramento, & sacrificio. Confidas in me, & nihil timeas: recipias me, & offer hanc oblationem: & certus esto, me facturum, quod dico; & redditurum, quod promitto. Sum denique veritas, cui conformari debent quicumque viuunt in veritate, sine fraude & fictione. Conformata & coapta opera tua meis; & non aberrabis in eis.

ATTENDE etiam, quod sum ipsamet VITA, sine qua quicquid est, mors est. Sum via spiritualis animæ tuæ; & ad hoc venio in Sacramento, ut qui me recipit, vitam habeat gratiæ, & vitam valde copiosam; sum vita corporis tui: quia ego sum resurrectio & vita. Et quamuis moriaris, resuscitabo te postea valde gloriosum; sum vita beata: & qui manducat me, viuet in æternum; quia habet in se vitam æternam: cum me habet, qui eam tuo tempore ei dabo, deducens eum ad correptandum mihi in regno Patris mei. Attende, quod ego sum vita, per quam tibi est viuendum; cui debes te conformare, & quam sequi oportet, dicendo cum Apostolo meo: *¶ Vno iam non ego: viuit verò in me Christus.* Denique, ego sum vita, quam omni studio querere debes in præmium omnium tuorum laborum. Nam æterna tua vita in eo consistit, ut me videas, & ames, & fruaris me. Recipe me cum viua fide: si enim ita me habes intra te, esque mecum vnitus: ego ero tibi *via, veritas & vita.* O bone Iesu, cum hoc desiderio accedo, ut te recipiam: esto quæso mihi *via*, ut nunquam impingam; esto mihi *veritas*, ne vnquam aberrem; esto mihi *vita*, ne vnquam moriar; sed tecum viuam ac regnem in æternum, Amen.

VI. Consideratio pro Feria VI.

QVAMDIU SUM in hoc mundo lux sum mundi. Hoc dicit Saluator dñm cæco illi à natiuitate voluit visum restituere, quod fecit, *exprensus in terram, & faciens lutum ex sputo, & liniens lutum super oculos eius.* Quo facto (ut ait S. Augustinus) significare voluit vnionem Personæ Verbi diuini, significati per sputum ex ore procedens; cum natura humana, significata per terram, ex qua est formata. In cuius vnitionis virtute datur lux spiritualis cæcis: ac propterea Christus Dominus noster dicitur *lux mundi*: & idem officium præstat in hoc Sacramento, in quo ipsummet Verbum Incarnatum coniungitur cum accidentibus terrenæ substantiæ ut lucem conferat ipsi recipientibus. Tu autem anima mea, fidei oculis, quos hic Dominus tibi dedit, iustra omnia loca, in quibus ipse fuit, vel est; & inuenies semper fuisse, & esse lucem eorum. Quando factus est homo in mundo, cæpit esse lux mundi; in cuius signum, cum natus esset in Bethle-

Galat. 2.
10.Joan. 9. 1.
Et c. 8. 12.

b Luc. 2. 9.
c Mat. 27.
45.

hem, b *claritas Dei circumfulsit Pastores*. Et toto suæ prædicationis tempore hoc officium præstitit, donec in cruce expirauit: & tunc e tenebris factus sunt super uniuersam terram, a sexta hora usque ad nonam: in signum, quod abcessisset Magister, qui Sol erat, & lux mundi. Postea descendit in limbum, locum profundissimum & obscurissimum: in quo quamdiu facta lux fuit limbi, illuminans inferiores illas partes terræ, & eas conuertens in Paradisum; communicans animabus illis claram Diuinæ essentia: uisionem. Ipso autem inde exeunte, mansit limbus in perpetuis tenebris, in nocte. Postea ascendit in cælum Empyreum: ubi etiam fungitur officio Solis, illustrans omnes beatos. De illa enim cœlesti Ierusalem ait S. Iohannes: quod d *Ciuitas non eget Sole neque Luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est Agnus. Qui, quamdiu est in cœlo, lux cœli; & quia nunquam desinet esse ibi, ideo nec illuminare desinet, neque ibi poterit esse unquam nox.*

d Apoc. 21.
23.

2

Sed quid faciemus in mundo, o Agnus Dei, si semper in cœlo maneat, nec ad nos redeas? Redi igitur Domine in mundum, ut sis lux in eo uenturum: sine te enim ubique sunt tenebræ. O Diuinæ charitatis cellam, cuius immensa sapientia inuenire nouit modum, quo ille ipse Sol, qui superiorem illuminat mundum, non discedens inde, ueniat cotidie ad mundum hunc inferiorem tectus uelo Sacramentum: inde lucem emittat, quamuis non nihil obscuram; & quod amplius est, ita tectus ingrediatur viscera communicantis, quasi in quendam limbum, quem luce sua conuertat in Paradisum. Veni Domine, ueni ad uisitandam hanc animam, quæ habitat in tenebris, e *in regione umbrae mortis*. Oriatur in ea lux tua, & Sol iste appareat ei: nam quamuis hac nube tectus ueniat, per eam emittet radios, qui sufficiant ad eam illustrandam, & accendendam, & conuertendam in cælum, propter æterni Regis præsentiam.

e Isai. 9. 2.

3

Denique considera effectus, quos Diuinus hic sol luce sua efficit in anima, replens illam Diuinarum inspirationem splendoribus, quibus Fidei lumine amplius illustratur; gratiæ splendor augetur; charitatis ignis accenditur; & uirtutum omnium affectus extimulantur; cor læticia repletur: & causa est, cur potentiæ suæ munia exerceant, sicut qui in die cum decetia & honestate ambulat, horrens opera tenebrarum. Accede igitur, anima mea, ad Deum tuum: ut eius præsentia illustretis: exurge à somno, quo tenebris, ut Christus luce sua te illuminet.

VII. *Consideratio pro die Sabbati.*

a Mat. 1. 56.

ECCE SPONSUS VENIT, exite obviam ei. Si vis, anima mea, plene exequi, quod hæc vox tibi dicit: attende diligenter quis sit Sponsus qui uenit, & quæ illa Sponsa, quam accipiet, in quo eius sponsalia consistant, & quænam bona ex ijs resultent. Quem existimas esse sponsum

cuius hic nomē reciteretur, quia est ineffabile & admirabile? Ipsūmet verbum Diuinum, quod è cælo venit in thalamum Virginis, in quo nuptias cum humana natura celebraret, coniungens eam secum in vnitatem Personarum. Ipse igitur idem de cælo nunc descendit, & panis accedentibus tectus, cordis tui thalamum ingredi vult: vt in eo spiritualia tecum sponsalia inerat. Quis autē sponsus pulchrior esse potest, magis graciosus, ditior, potentior, sapientior, prudentior, magisq; bonis omnibus repletus, quā sit filius æterni Patris, splendor eius gloriæ: in quo repositi sunt thesauri omnes infinitarum eius diuitiarum? Quamuis autem tectus veniat, & exterius viliter vestitus, nō tamen est pauper: nam interius totā suam Maiestatem & amplitudinem adfert; & cū eadē gloria, quā habet in cælo, venit & manet in hoc Sacramento. Sed quid dices de anima tua, quā ipse vult in sponsam accipere? quantū ille habet pulchritudinis, tantū illa habet deformitatis. Ille est nitide candidior, illa nigra instar carbonis; ille est speciosus super filios hominum, illa Dæmonibus turpior: eò quòd culpis innumeris se maculauerit, sitq; multis sceleribus defædata. Et quænam maior iniquitas, quā adulterium commississe contra supremum hunc sponsū? Sed quænam contra maior esse potest bonitas & benignitas in tali sponso, quā quòd parcat adulteræ, & iterum redeat, ad purā cum ea amicitiam in eundā? b Tu (ait Dominus) fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Purifica te ipsam per pœnitentiā, & accede ad communionem, & ego te in meam accipiam; & tanquam cum sponsa tecum agam. Nam c qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. Quemadmodum enim vterq; coniunx sunt vna caro: ita anima & Deus sunt vnus Spiritus: vnus propter vnionem charitatis; vnus propter conformitatem voluntatū; vnus ob similitudinē in actionibus; vnus in rebus omnibus, quæ spectant ad alterum: quia vterq; eas accipit, quasi proprias. Ita vt anima dicat / d dilectus meus mihi & ego illi. Sed quis referre poterit bona, quæ hinc proueniunt? amicitia adeo intimā, familiaritatem adeo magnam in oratione, delicias contemplationis, fiduciam adeo certam in petendo, efficacitatem adeo magnam in obtinendo, quod petitur; solidam adeo rerū temporalium renunciationem, & voluptatem in solis æternis quaerendis; quantam lætitiā in aduersitatibus, quantum zelum in adiuuandis alijs? Sed cur laboro in referendis bonis, cum inter bonos sponso non sit bonorum partitio. Cum igitur anima sponsū habeat Deum, quomodo cum eo non habeat omnia? Attende igitur, ô anima, quod tuus iam accedat sponsus, exorna te ipsam, & exi obuiam ei, & quemadmodum corpus tuum sacris vestibus ornas: ita enitere, vt præclaris virtutibus spiritum ornas; ne repellaris ex nuptijs, non habens vestem, quæ dignam te faciat in eis manere.

I

2

b Ierem. 3.

c Ioan. 6. 57.

3

d Cæ. 2. 16.

4

25
81. 9.

CAPVT VIII.

COLLIGVNTVR VARIÆ MEDITATIONES DE VITA
Christi Domini nostri diuersis anni temporibus accommodatae pro
preparatione ad Missam.

Psal. 110. 4



VM CELSISSIMUM HOC SACRAMENTVM ET SACRIFICIUM sit a memoriale mirabilem Dei, etiam est summa quaedam Fidei nostrae mysteriorum; tam eorum quae spectant ad humanitatem Christi Domini nostri, eiusque vitam, Passionem, & mortem; quam eorum quae pertinent ad Diuinitatem, eiusque magna, stupenda opera, ac beneficia. Ac proinde in eodem mysterio summatim continentur praecipuae res, quae argumentum & materia esse possunt meditationis per totum huius peregrinationis tempus. Quare praeter spirituale alimentum, quod nobis praebet in Sacramentum Communionis, alteram etiam spiritualement praebet refectionem, ex consideratione & meditatione, quae euoluit & explicat res, quas illud continet. Et vtriusque refectionis nomine commodè aptatur huic Sacramento, quod dixit Ecclesiast. *b. cibabit eum pane vita, & intellectus, & aqua Sapientiae salutaris potabit illum.* Est enim panis vitae communicantibus; & panis intellectus meditantibus; & aqua Sapientiae salutaris intelligentibus, & assequentibus suprema mysteria, quae in se continet. Propterea etiam dixit Iliias: *Domini daturum nobis panem arctum, & aquam breuem:* in panem enim externa quantitate ingentem continet internam virtutem, cum innumeris & ineffabilibus mysterijs, quae sunt animae cibus, & potus; quatenus intus latent thesauri sapientiae & scientiae Dei, & inestimabiles eius gratiae, diuitiae, ipsumque Verbum Diuinum, quod Scriptura Sacra dicitur *verbum* appellat *abbreviatum*: quod cum sit Deus adeo immensus, quem caeli nec terra capere possunt: ita voluit abbreviari, & angustari: ut humanae carnis indueret in utero virginis; neque hoc contentus se amplius abbreviavit, & angustavit, collocans se ipsum sacramentaliter sub modica sanctissimi huius panis, & vini quantitate: conuertens eorum substantiam in substantiam totius sui corporis & sanguinis cum sua diuinitate conuertam. Et quicquid fecit, passusque est, nostrae reparationis causa, per triginta tres & amplius annos, id totum breuissimo compendio complexus est in hoc Diuino Sacramento & Sacrificio: ut hac ratione spirituales delicias nobis prepararet. Et cum sit stylus & phrasia Scripturae Sacrae, per *panem & aquam* significare omnem ciborum varietatem, quibus alimur: idem per *arctum hunc panem, & aquam breuem*, quam Saluator nobis dedit, intelligitur spiritualement ciborum varietas, qua nos alit ac recreat, & communit.

b Eccl. 15. 3

cl/ai. 30. 20

d Rom. 9. 28

Isai. 10. 12.

c4 Reg. 6. 22

Eccl. 29. 28.

munit.

municat Evangelicam perfectionem, quæ etiam appellatur panis & aqua brevis, in quantum abbreviat & contrahit præceptorum & sacrificiorum antiquorum multitudinē, ad pauca, quibus nos suaviter efficiat perfectos.

Huius perfectionis summam quandam siue compendium Christus Dominus noster hic proposuit in septē heroicis virtutibus, quas hic exercet *Humilitatem* scilicet, qua suam amplitudinem & splendorem regens, eō se demittit, ut fiat cibus hominum; *Obedientiam*, cum ad ipsa verba consecrationis venit e cælo ad Sacramentum: in quo sinit se hinc inde portari *Misericordiam*: faciens seipsum medicum & medicamentum pro nostris infirmitatibus & personaliter ad eas reparandas descendens; *Liberalitatem*, cum benedictiones tuas spirituales larga & profusa manu per hoc medium nobis largitur: dat enim nobis seipsum, & ita simul res omnes; *Charitatem* cum vult esse semper nobiscum, & quidem omnibus vnitus per maximam vnionem, quæ mortalis huius vitæ statui conueniebat; *Patientiam*, cum in iurias tolerat, & contemptus, quos patitur quotidie in hoc Sacramento ab iis, qui indignè illud tractant; & *Perseuerantiam* in his omnibus vsque ad finem mundi; & in singulis hostiis, quamdiu Sacramentales species perdurant. Septem hæc virtutes argumentum esse possunt septem meditationum, siue, considerationum pro septem hebdomadæ diebus, ut in alio loco perpendimus: & esse debent etiam fructus omnium reliquarum: ex quibus instituemus hic quoddam cōuiuuium Sacerdotibus per totum annum, varia offerentes fercula pro temporum varietate. Nam quemadmodum Ecclesia Catholica sciens, varietatem exercitiorum solere tollere tædium eorum, voluit imbecillitati nostræ sese accommodans, annum in diuersa tempora partiri: Aduentus, Quadragesimæ, & Paschatis, & assignare singulis varia officia tam in ipso Sacro Missæ, quam in septem horis canonicis; ut hæc ipsa varietas nouitate, quam secum adfert, deuotionem foueat; propter eandem igitur causam accommodantes nos spiritui Ecclesiæ, varias alias considerationes & meditationes insinuabimus, diuersis aut temporibus accommodatas constituentes septem pro hebdomadis cuiusque temporis: quæ tamis quæ pro vno tempore assignantur, possint etiam vlui esse pro altero. Quæ etiam videri poterunt fufius positæ in libris meditationum, quos edidimus, & in locis hic in margine indicatis.

§. I. Considerationes tempore Aduentus.

PRIMA PARS ANNI Ecclesiastici est Aduentus: in quo Ecclesia agit de preparatione ad aduentum Christi D. N. in mundum per Sanctam suam Natiuitatem. Pro quo tempore vsui esse possunt hæc septem proxima considerationes.

PRIMA consideratio erit Aduentus Dei D. N. tanquam iudicis ad paradysum terrenum, cum Adam comedens pomum sibi prohibitum peccauit:

Tomo. 1.
tract. 4.
c. 3. Medit. 6

I
Partis. 2.
Medit. 1.

cavit: ad quem reprehendum de admissio peccato, & propterea paradiso excludendum & intimandam ei mortis sententiam, quam sua culpa erat promeritus, Deus ipse accessit. Sed mox officium iudicis in Patris amorem & officium commutavit; & cum iratus esset, misericors est recordatus: promittens Mediatorem & Redemptorem potentissimum: reuelans mysterium Incarnationis Verbi Diuini, ad eius miseras reparandas; ita enim serpenti minatus est, dicens: *a ipsa conteret caput tuum.* Qua Dei promissione valde fuit Adamus consolatus, gratumque ostendit animum ob excelsum ad eum beneficium, glorificans Deum ad eum plurimum qui infinitos fauores & gratias promitteret ei, qui agnoscebat se promittentem aeterna tormenta: & cum magno desiderio vixit aduentus huius Saluatoris, per quem tanta sperabat se accepturum beneficia. Hic autem Saluator est, qui in Sanctissimo Sacramento visitandi te causam venit. Quamuis tua peccata digna erant, quibus ipse seuerum se iudicem exhiberet, eaque puniret: non tamen ira venit, sed sicut Pater misericors, ut hoc Diuino cibo tibi indulgeat: quia est panis vitae, destinatus ad reparandam danam, quae intulit alterius cibi sumptio, per hunc siquidem liberaberis a morte & restitueris paradiso gloriae, & vitae aeternae. Ac propterea hic panis significatus est per fructum arboris vitae, quae in altero paradiso erat sita.

SECVNDA consideratio erit seruicium desideriorum, quae Patres antiqui habebant aduentus Saluatoris in mundum, quae orationibus, Sacrificiis, aliisque sanctis actionibus sepe sollicitabant, dicentes: *b ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. c Visita nos in salutari tuo: ad videndum in bonis electorum tuorum.* Veni Domine & noli tardare, relaxa facinora plebis tuae. Cuius desiderij cum non fieret copotes, dum viueret, permansit in eis post mortem, quod diu fuerunt in obscuro limbi carcere: ubi clamabant in celum petentes promissam sibi reparatorem, ac dicentes: *d Rorate caeli desuper, & nubes pluat iusti: aperatur terra, & germinet Saluatorem.* Et ita perseverarunt in eo desiderio donec peruenit tempus, quo fuit illis expletum, quod est felix hoc tempus quo iam fructum iam venit Saluator, & quotidie venit ex caelo ad visitandos habitatores terrae: ut immensa conferat beneficia iis, qui seruenter eius aduentum expectant, & ad eum se preparant. Ac proinde iure optimo nobis dici potest: *e Beati oculi, qui vident quae vos videtis: multi enim Prophetae & Reges voluerunt ea videre & non viderunt.*

TERCIA Consideratio est mysterij Annunciationis, dulcisque colloquij Angeli Gabrielis cum Sanctissima Virgine: in quo aliud colloquium valde iucundum & suauiter insinuat, quod habetur inter inspirationem Diuinam, aut bonum spiritum per eam, & animam puram Sacerdotis, aut ad communionem accedentis. Considerando, quasi Diuina inspiratio aliquando ingrediatur dicens: *Aue gratia plena: Dominus tecum. Aue inquam anima, quae iuxta tuam capacitatem es gratia plena: propter quam Dominus*

a Gen. 3. 15.

2.

2. Par. Me. dit. 5.

b Psal. 85. 8.

c Psal. 105. 4.

d Isai. 45. 8.

e Luc. 10. 34.

3.

2. Par. Me. dit. 6.

Luc. 1. 28.

tecum est; & nunc recens venire vult, vt maneat apud te. Aliquando autem dicit: *ne timeas*, anima, aut fias pusillanimis, quia tantam inuenisti gratiam apud Deum, vt elegerit te ministrum ad hoc Diuinum Sacrificium offerendum, vultque intra cor tuum hospitium habere. Quod si nosse cupias, quomodo fiet istud? Spiritus Sanctus superueniet in te & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Spiritus inquam ille, qui cū factus fuisti Sacerdos, te impleuit; nunc etiam superueniet, vt in hoc ministerio legitimè præstando, te adiuuet; & Altissimi virtus gratiâ suâ te protegens, ita obumbrabit vt cum puritate ipsum hospitio excipias. His considerationibus excitata anima tua, induere se debet, sicut Sacratissima Virgo magna humilitate, obedientia, & fiducia, ac dicere: *Ecce Ancilla Domini. fiat mihi secundum verbum tuum*; ecce inquam seruum Domini indignum, qui eius sim Sacerdos, fiat in me, & per me iuxta ipsius verbum. Potens es Deus meus facere, quod dicis: da mihi, quod iubes, & iube quod volueris. Nam ego seruus tuus sum, & paratus ad faciendum quicquid iusseris.

QUARTA consideratio erit de ipso mysterio Incarnationis Filij Dei in visceribus Virginis Sacratissimæ. Qua Incarnatione valde fuit ipse contentus, quod videret se impleuisse, quod hominibus promiserat ad eorum reparationem; & glorificauit æternum Patrem, à quo fuit in forma hominis missus in mundum; & ex tunc obrulit se ad parendum ei in omnibus, quæ iuberet, vsque ad mortem. Magnoque amore animam & corpus Sacratissimum amplexus est, cum certo animi decreto nunquam deserendi, quod semel accepit, & animam innumeris bonis repleuit; corpori verò maxima etiam promisit, postquam pro salute mundi mortem in cruce subiisset. Quod si ipse filius Dei tunc mansit adeo contentus; etiam Sanctissima eius Mater fuit valde contenta, videns iam impletum totius generis humani desiderium; & quod ipsa semper habuerat supremi huius mysterij; & seipsam videns aded repletâ fauoribus ac donis cælestibus ex præsentia Domini, quem in suis visceribus conceperat. Ipsemet igitur Dominus est, qui ad te ingreditur tanquam cibus, vt te completatur, tecumque vniatur animo nunquam te deserendi; (nisi tu eum reicias) & ad explenda desideria cordis tui suauitate cælestium luorū donorum. Huc rectè spectat quod ipse Saluator postea dixit: *f Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.* Quæ autem hæc est iustitia, nisi ipsemet Christus? de quo Apostolus: *quod factus sit nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio.* Sanctificat enim nos, iustificat, & copiosè redimit. Quod si esaris, & sitis ipsum recipere, quando venerit, saturaberis abundantia iustitiæ & Sancti atis, quam præsentia sua tibi communicabit.

QUINTA consideratio est, circa primam profecti onē, quam æternum Verbum Incarnatū, existens in visceribus Matris suæ, fecit, vt officiu Redemptor

4
1. Par.
Med. 9.

f Mat. 56.
g 1. Cor. 1.
30.

g
2. Par. Med.
11. § 12.

demptor

demptoris exerceret cū infantulo Ioanne, existente adhuc in utero S. Elisabethæ. Cui duplicem insignem gratiam communicauit; gratiam scilicet sanctificationis cum charitate & reliquis virtutibus; & gratiam actualis deuotionis cum dono contemplationis, lætitiæ spirituali, & spiritus tubilis. Idem autem, vt easdem tibi largiatur, latens in hoc Sacramento aduenit & iuxta tuam dispositionem fies earum particeps: si studueris duos illos feruentes affectus concipere, qui in vtraque Matre eluxerunt: alteri humilitatis & admirationis in S. Elisabetha, dicente: *h. Vnde hoc mihi ueniat Mater Domini mei ad me?* alterum laudis & gratitudinis in virgine Sanctissima dicente: *Magnificat anima mea Dominum Et exultauit spiritus meus in Deo Salutaris meo: &c.* His enim duobus effectibus disponitur anima ad recipiendos in Sacra Communionis prædictos duos eff. & gratias.

h. Luc. 2. 47.

6
2. Par. Me
dit. 14.

SEXTA consideratio est Circa ea, quæ sanctus Ioseph fecit, quando Virginem sanctissimam admisit in domum suam, posteaquam deponerat anxia dubia, quæ habuerat; & per Angeli reuelationem agnouit Incarnationis mysterium, quod in ea factum erat. Et hic perpendenda dulcia suauiaq; colloquia mutua inter hos duos iustos; & ex parte sancti Iosephi profunda humilitas, reuerentia, & stupor; quo afficiebatur, aspiciens Virginem Sanctissimam Dominam nostram, tanquam reliquarium & viuum templum Dei hominis facti; & quomodo eidem summo cum amore ac diligentia seruebat, propter eum amorem, quem erga Deum suum gerebat, qui latebat in ea. Ex parte verò Virginis sacratissimæ, per cuius os filius eius loquebatur, considera accentam charitatem, & sapientiam celestem; qua loquens cum suo sponso, eum docebat Incarnationis arcana. Et vterque hic Seraphin inuicem se excitabant ad amandum, laudandum, summoq; re feruore seruendum Deo suo. Hunc ergo in modum, cū ob exiguam tuam fidem aliquando te subtrahis, à Christo Domino nostro, in te recipiendo; & postea viuaciori fide eum cum feruore recipis; eris similis S. Iosepho, quod crescentem significat: quia crescit tua in Deum reuerentia, & amor, & idè accipies ab eo gratiarum ac donorum cælestium augmentum cum insigni Diuinorum mysteriorum notitia.

7
2. Par. Me
dit. 16.

SEPTIMA consideratio erit, profectio Incarnati Verbi in utero Matris suæ ex Nazareth in Bethlehem, vt ibi nasceretur, & se mundo manifestaret: eligens ad id pauperem ciuitatem, vile stabulum, & angustum præseppe; quæ tamen omnia præsentia sua nobilitauit, ac sanctificauit. Non enim Deus honorem accipit à loco, in quo habitat; sed locus honorem accipit à Deo: à quo omnia recipiunt honorè: Hunc in modum in hodiernum diem nō cessat venire è cælo, & ingredi in pectus villis hominum, quæ sua præsentia nobilitat: quia eum facit, quasi alteram

Bethle

Berthelem, quæ vox significat domum panis: quo pane vitæ confirmat eius cor, ac desideria exlatiat.

§. II. Considerationes tempore Natiuitatis, vsque ad Septuagesimam.

SECUNDUM tempus Ecclesiastici anni computatur ab ipsa Natiuitate vsque ad Septuagesimam: in quo celebrat Ecclesia septem mysteria Saluatoris: Natale scilicet, Circumcisionem, Adorationem Magorum, Præsentationem in templum, Fugam in Ægyptum, Mansionem in templo in medio Doctorum, & Baptismum. Quæ omnia spiritualiter renouantur in Missa.

QUEM ADMODUM enim in ipsa Natiuitate manifestauit se Deus in forma visibili hominis, tanquam infantis, pauperibus pannis inuoluti, & in præsepio positi, quod est mensa animalium; descendentibus Angelis è caelo ad celebrandum, & manifestandum eius Natale: ita in Missa quotidie manifestatur idem Christus Dominus in alia forma visibili, tectus scilicet & inuolutus accidentibus panis & vini, & sic ponitur in mensa Altaris, vt sit hominum cibus; descenduntque inuisibiliter Angeli, vt ei assistant, & fidem charitatemque celebrantium excitent. Ideoque de vtroque mysterio cantat Ecclesia in ipsa præfatione: *vt dum inuisibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilem amorem rapiamur.*

IN CIRCUMCISIONE impositum est infanti nomen Iesus: quod significat SALVATOREM, vt eius officij possessionem acciperet, effundens primitias sui sanguinis; & præbens exemplum raræ humilitatis, patientiæ, insignis obedientiæ, & Charitati: & in Missa facit etiam officium IESU erga fideles, applicans vnique preciosi sui sanguinis precium; & rara præbens humilitatis exempla, cum figuram aded humilem suscipit; patientiæ, in tolerandis iniurijs, quæ ibi ipsi inferuntur; obedientiæ, dum quoties consecratur panis, semper ipse adest; & charitatis, cum se aded profusè omnibus tradit.

IN ADVENTU Magorum ostendit Saluator suam Omnipotentiam, & gratiæ suæ efficacitatem, qua ex Oriente deduxit tres illos Reges cum tanto seruiore, vt se coram ipso prosternerent, & offerrent aurum, tanquam Deo; Myrrham tanquam homini mortali; & thus tanquam Summo Sacerdoti. Et in ipsa Missa suam etiam ostendit Omnipotentiam: efficit enim, vt omnes fideles parui & magni se coram ipso prosternant, & confiteantur, latentem ibi esse verum Deum & hominem, summumque Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech. Et quia talem agnoscunt, offerunt ei tres feruentes affectus, amoris, mortificationis, & orationis; expectantes ex immensa eius liberalitate ingentem retributionem.

IN PRÆSENTATIONE in templum, desideratus omnium gentium præ-

Tom. 4.

V

sentauit

1
2 Par. Med.
dit. 17.

2
1. Par. Med.
20.

3
1. Par. Med.
22.

4

a Heb. 9. 24.

festavit sese, quasi primogenitum æterno suo Patri in gratiarum actionem ob collata mundo beneficia, & ad placandam eius iram, & consequendam pro omnibus copiosam misericordiam: vbi se Simeoni, & Annæ matris festavit: qui ingenti tenebantur desiderio eius aduentus. Et in missa ipse Dominus quotidie æterno suo Patri sese præsentat: a *ut appareat tui vultui Dei pro nobis*, fungens munere advocati, & Mediatoris; & seipsum offerens etiam in gratiarum actionem, ob innumera quæ nobis obicit beneficia; lumen etiam præbens Diuinæ suæ præsentia: ipsam aspicientibus, & fide viva suscipere cupientibus.

2. Par. Med.

27.

b Isai. 1. 9. 1.

FUGIENS in Ægyptum supremus hic Dominus prolixum confectus iter à Nazareth Patria sua vsque in Ægyptum, vbi (vt ait Isaias) b Dominus ascendit tectus urbe leui, & candida Sanctissimæ suæ humanitatis, virginem illam suam præsentia honoraret, & in ea seminaret Sanctitatis mentem, quæ postea floreret. Et nunc in ipsa Missa aliud etiam conficitur: è cælo in terram: non deferens tamen cælum, regens seipsum in hoc Sacramento, nosque Diuina sua præsentia honorans, & in cordibus nostris fementem perfectionis Euangelicæ seminans, quæ floret in Ecclesia.

6

Par. Med.

19.

CUM esset postea duodecim annorum remansit ipse in templo in medio Doctorum magnam eis adferens admirationem suis responsis; & cum eis descendit in Nazareth, in domum suam. Et nunc in Missa est in medio omnium fidelium tanquam Magistrorum Magister, Doctorum Doctorum, docens legem Perfectionis cum summa admiratione omnium audientium verba, quæ internè illis loquitur; & qui illum ibi cum lacrymis quæsiuerit: inueniet, & excipiet, secumque deducet in domum suam, socium illum habens peregrinationis suæ in hac misera vita.

7

1. Par.

Med. 3.

Rom. 6. 4.

c Mat. 3. 17.

DENIQUE quemadmodum in Baptismo Christus Dominus Noster coopertus fuit aquis, & sic mortem suam & sepulturam representauit; & aperti sunt cæli, & vox de cælis audita: c *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacet*. Ita in missa tegitur speciebus panis & vini, referens mortem & sepulturam suam; aperiuntur cæli, vt veniat & visitet nos, & sua dona in nos effundat: & Pater æternus Diuinæ suæ illustrationis voce in terram præbet testimonium, quod qui ibi est, etsi videatur, non tamen sit Panis, sed filius eius vnigenitus, valde sibi charus, in quo sibi complacet in fructu; & propter quem reliqui eius adoptiuo filij diliguntur, & in cælum admittuntur.

§. III. Considerationes à Septuagesima vsq; ad
Quadragesimam.

IN TRIBVS septimanis à Septuagesima vsque ad primam Dominicam Quadragesimæ considerari possunt conuiuia septem, misterijs plena, quibus Christus Dominus noster interfuit: in quibus repræsentatur quod in hoc cœlesti conuiuio agitur.

PRIMVM fuit in nuptijs in Cana Galileæ, in quibus eius iussu impleuerunt sex hydrias aquâ, quam ipse conuertit in vinum valde præstans: vt & defectum, quo laborabant conuiuæ, suppleret, & ipsis simul indulgeret. Ibi enim significabatur: quod in cœlesti Spiritualium Nuptiarum conuiuio geritur: in quo Sacerdotes infundunt in calicem vinum aqua mixtum, quod ipsemet Dominus per eos conuertit in suum preciosum sanguinem: vt fidelibus indulgeat, eosque confortet, & feruentis sui amoris vino inebriet.

SECVNDVM conuiuium fuit in domo cuiusdam Principis Phariseorû, in quo præclara tradidit conuiujs documenta: quorum vnus dixit: a *Beatus qui manducabit panem in Regno Dei.* Quam sententiam vt approbaret Christus Dominus noster propoluit parabolam hominis, *qui fecit cenam magnam, & inuitauit multos qui se excusarunt: & postea iussit vocari cecos & claudos, & multos peregrinos, vt impleretur inuitatis domus eius tota: & minatus est his, qui se excusarunt: quod nemo virorum illorum gustaturus esset vnquã cenam suam.* Qua tota parabola significare voluit: beatû illum esse, qui Diuinum hunc panem in Regno Dei, hoc est in Ecclesia eius militante comedit: nam postea alio modo comedet illum in Ecclesia triumphante. Qui tamen inuitantur, ne se inaniter excusent: nam in æternum excludentur ab hoc conuiuio, & humiles admittentur: neque deerunt, qui sponte & libenter accedant, & assistant. Domus enim Dei non manebit vacua, sed plena erit inuitatis, à Deo vocatis.

TERTIVM Conuiuium fuit in domo S. Matthæi, postquam illum ad se vocauit, & conuertit: vbi assedit mensæ cum multis *Publicanis & peccatoribus.* Et quamuis multi ex Phariseis murmurarent; quod e cum *Publicanis & peccatoribus manducaret,* non tamen propterea abstinuit; sed vt factû suû excusaret, dixit: *discite quid est: misericordiam volo & non Sacrificium.* Ad quod confirmandum, adduxit alia occasione parabolam filij prodigi, cui eius pater iam conuerso, fecit solenne conuiuium in domo sua, & *occidit vitulum saginatum,* vt eius reditum cum magna lætitia celebraret. Quem vitulum dicunt Sancti Patres significare carnem Christi Domini nostri, quæ in hoc Diuino Sacramento datur peccatoribus, qui penitentiam de suis peccatis egerunt: neq; enim pijsimus hic Pater dedignatur cum eis in eadem mensa comedere, eisque proprium suum ferculum

I

3. Pars.
Med. 9.

2

a Luc. 14. 7.
15.
3. Pars. Med.
56.

3

b Luc. 5. 29

c Mat. 9. 13.

d Luc. 5. 25

communicare; nec alium cibum in eo, quam seipsum. *O res mirabilis! manducat Dominum pauper seruus & humilis.*

4
3. Part.
Med. 28.
c. Luc. 19. 5.

IDEM etiam representatur in conuiuio Zachæi, quem Christus Saluator noster vidit in Sycomoro, & iussit descendere, & ire in domum suam: *c quia hodie, inquit, in domo tua oportet me manere.* Talis que fuit in eo, & in domesticis eius mutatio, ut ipse Christus dixerit: *Hic die salus domui huic facta est.* Meo scilicet ingressu, simul salus & prosperitas in hanc domum est ingressa. Ut hinc peccator, qui extra se ambulat, intelligat: potius debere per pœnitentiam ingredi seipsum; & statim Deum in eius conuicturum; cui in Sanctissimi Sacramenti conuiuio integram præbere pœnitentiam.

5
3. Part. Me.
dit. 17.

QVINTVM conuiuium fuit, quod Christus Dominus noster miles totus innumeræ multitudinis, quæ ipsum sequebatur, nec habebant quod manducarent, illis exhibuit, & prodigosè illos satiavit; semel quidem quinque panibus, & iterum septem; ita ut multi superfluere. Quo conuiuio referebat hoc Diuini Sacramenti, cum quinque aut septem rebus dependis, quas in se continet, ad nutritionem nostram spiritualem. Continet enim Saluatoris ipsius corpus, Sanguinem, animam, Diuinitatem & gratiarum, virtutum ac meritorum suorum & infinitarum satisfactionum thesaurum; & posteaquam desideria expleuit, omnium communicantium: adhuc, quod superest, est infinitum, ut possit etiam infinitos homines, si adessent, satiare: nunquam enim potest infinita virtus eos satietatis exauriri.

6
4. Par.
Med. 5.
f. Mat. 26. 6.
Ican. 12. 3.

SEXTVM conuiuium fuit in cœna Bethaniæ, in domo Simonis Leprosi; ubi Lazarus, qui fuerat quatruiduanus in sepulchro, erat vnus ex discumbentibus, cuius f. *soror Maria, fracto alabastro preciosi vnguenti, effudit super caput Saluatoris discumbentis.* Qua ratione voluit nos docere: quod licet non libenter assideat Diuinæ huic mensæ cum animabus leprosis & mortuis: non tamen dedignatur eas admittere, quæ aliquando quidem tales fuerunt: nunc autem non sunt tales; sed & mundæ sunt, & vita gratia viuunt. Delectatur verò cum in medio conuiuij vngitur precioso deo: nis vnguento: cum scilicet & corpus & spiritus noster in eius obsequium offertur, & quicquid in corde nostro preciosum habemus.

7
4. Par. Med.
7. c. 11.
g. Luc. 22. 15.

VLTIMVM conuiuium fuit in vltima cœna, cum suis discipulis dicitur: *desiderio desiderari hoc Pascha manducare vobiscum, antequam pati:* & statim cum eis duos comedit Agnos Paschales. Primum quidem pro more Legis veteris assum igni, cum lactucis agrestibus; & statim alterum Legis Nouæ, qui erat ipsemet Dominus, Agnus Dei qui tollit peccata mundi, velatus speciebus panis & vini. Ut sic doceret eos, qui Diuino huic conuiuio aderunt, vti primum spiritualiter Christum comedant; considerent

tes eum fuisse assum ignis uorum tormentorum, & cruciatum; & gustasse amaritudinem suarum afflictionum; & postea eundem Dominum Sacramentaliter sumere, ut participes fiant dulcissimorum nostrae Redemptionis fructuum, qui eum comedentibus communicantur.

CAPVT IX,

ALIAE CONSIDERATIONES DE PASSIONE, RESURRECTIONE & MYSTERIIS DIUINITATIS PRO RELIQUO ANNI TEMPORE.

PECULIARI QUADAM RATIONE SACRAMENTUM hoc appellatur a panis arctus & aqua breuis: eo quod sit memoriae Passionis & mortis Christi Seruatoris nostri, & anxietatum & afflictionum, quas in ea tenuit. Quamuis autem omnitempore sit celebrandum cum hac memoria: nominatim tamen & praecipue in Quadragesima: in qua ecclesia proponit ipsius Passionis mysteria. Quae reducemus ad septem praecipua, applicantes quod in eis est peculiare Sanctissimo huic Sacramento, quod est omnium memoriale.

PRIMUM mysterium fuit eius quod in horto fuit gestum, in quo Christus Dominus noster summa affectus est tristitia ob peccata hominum, & eorum in postulari, quae recta erant contra Diuinum hoc Sacramentum: iniurias scilicet, quibus multi illud erant affecturi, & exigua utilitatem, quam plurimi ex eo erant accepturi. Et ita orauit Patrem dicens: *b Si vis transfer a me calicem istum. Veruntamen non mea voluntas sed tua fiat.* Cuius sententiae lenius, praeter communem, potest etiam esse: calix meae Passionis, & ipsum Sacramentum transeat a me etiam ad meos electos, efficiens in eis efficaciter fructum illum, cuius causa fuit institutum: sed in omnibus non mea, sed tua fiat voluntas. Deinde positus in agonia sudauit guttas Sanguinis, & sudore vultus sui promeritus nobis est panem caelestem, quem sumere debebamus: carnem scilicet suam, cui coniunctus esset idem ille Sanguis in Sanctissimo Sacramento, quem nunc suscipimus. Inde autem surgens exiit obuiam venientibus ad se comprehendenda, & passus est se ab eis teneri, & ligari, & Sancto Petro, volenti id impedire, dixit: *c calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam?* & ita nos docuit non acquiescere conantibus impedire nos a suscipiendo calice Passionis, quem ipse Dominus nobis obtulerit, aut Sanctissimi huius Sacramenti, cum id nobis inspirauerit: vtrumque enim significat nomen calicis. De quo dixit Dauid: *quid retribuam Domino pro omnibus, quae retribuit mihi? calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.*

a *Isai 30, 20*

I
4. *Part.*
Med. 20.

b *Luc. 22.*
42.

c *Ioan. 18.*
11.

d *Psal. 115.*
13.

2
4. Par. Med.
29.
c Mat. 26,
64.
Mat. 14, 62

SECUNDVM mysterium erit, quod illa nocte actum est in domo
Caiphæ, qui interrogauit Christum: an esset Filius Dei Benedicti
ipse respondit: *Ego sum*: Sed ne videntes eum adeo abiectum, respon-
dus eius nõ crederent, adiecit: *veruntamen dico vobis, amodo videbitur filius homi-
nis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli*. Hoc ipse
firmiter tibi est credendum, Christum filium Dei viui (qui ad dexteram
Patris fedet, venturusque est cum magna maiestate in nubibus caeli, ad
mundum iudicandum) sub illo velo, etiamsi exterius adeo vili, quali
sunt panis accidentis, verè latere: quem his oculis aspiciens, coniunges re-
uerentiam tantæ Maiestati debitam, cum amore, quæ tanta exigit humil-
tas. Statim autem perpendes, quod hostes illi eo responso audito, *valentes
faciem eius, & conspuerunt in eam, & colaphis eum ceciderunt*: quæ omnia
stupenda ipse patientiâ pertulit. In quibus iniuriis representabantur pec-
cata indignè communicantium. *Velant enim eius oculos, qui mortua que-
dam fide, nec aduertentes se ab eo videri, aut præsentem ibi esse: ad com-
munionem accedunt, Eum conspuunt sordidis sputis, qui cum sint lasciu-
voratores, & garruli, ad communionem accedunt; capillos ei euellunt: in-
multuosi, & scandalosi: qui fraternam charitatem & vnionem laedunt,
quam habent fideles cum Christo, & ad inuicem. In faciem eum cadunt
mundani & ambitiosi, qui mundi leges pluris faciunt, quam ipsius Dei,
magnâ eum afficientes iniuriâ. Quæ omnia tolerat cum patientia Salu-
tor noster (quamuis ea videat) in gratiam suorum electorum: qui ipsum
cum reuerentia & deuotione suscipient. Denique quemadmodum Chris-
tus Dominus noster tota illa nocte detentus & ligatus fuit in domo illa,
& quamuis potuisset se soluere, & liber abire: id tamen facere noluit, sed
expectauit vsque mane: ita omnibus noctibus manet in Sacrario Ec-
clesiæ solus, expectans, vt mane fideles accedant, petituri suarum necessi-
tatum remedia.*

3
4. Par. Me-
dit. 33.

TERTIVM mysterium est eorum, quæ gesta sunt in domo Herodis,
qui ex curiositate quadam cupiebat Christum D. N. videre, vt miracu-
lum aliquod ab eo ederetur. Qui tamen nullum voluit facere. Qui enim
ad communionem accedit Spiritu curioso degustandi & experiendi fa-
uores, quos Dominus noster suis dilectis exhibet, indignus est, cui exhibe-
antur. Statim Herodes illum spreuit, & non exutum vestibus propriis,
superinduit veste alba in contemptum. Ipse autem Dominus noster, non
exuens preciosam gloriæ suæ vestem, superimponit sibi, tegiturque se alba
accidentium panis veste. Et quamuis propterea contemnatur, & stultus
iudicetur ab infidelibus: nos tamen eum veneramus & amamus; eumque
summam Sapientiam, Dei que virtutem reputamus, qua nostram curat
superbiam. Veste illa alba indutus ambulauit Christus D. N. per plateas
illas

illas Ierusalem, omnibus eum tanquam stultum irridentibus: qui quinque diebus ante proprias vestes exuerant, & in terram proiecerant, ut iumentum, cui ipse infidebat, super eas transiret. In præmium autem humilitatis, qua Dominus talem iniuriam sustinuit: ducitur nunc in Sanctissimo Sacramento magnâ cum pompâ per Ecclesiæ plateas, cum multis hymnis & canticis.

QUARTVM mysterium complectitur gesta in prætorio Pilati, postquam Christus rediit ab Herode. *Primum* fuit, quod ipse Christus D.N. minoris fuerit æstimatus, quàm Barabas: & in hanc horam sustinet hanc iniuriam à multis, qui pluris faciunt mendacij & vanitatis panem, ac delicias & honores mundi, quàm panem vitæ, qui in hoc Sacramento datur. Sicut Hæbræi, qui, cum haberent Manna de cælo in deserto, suspirabant tamen & præferrebant allia & cæpas quibus in Ægypto vescabantur. Aliam quoque sustinuit iniuriam cum Sacratissimum eius corpus fuit durissimè flagellatum, & Sacratissimum suum Sanguinem ex toto corpore effudit. Quem tamen totum in Sacratissimo hoc Sacramento deposuit sub accidentibus triticej panis, qui molitur, cribratur, pinsitur & ad ignem coquitur, ut nostrum fiat alimentum. Et sic nos docet, exercitia patientiæ apta esse media, ad magnam spiritualem voluptatem ex hoc cibo sumendam. Statim secuta est coronatio, qua imposta illi est corona spinarum, & indutus est purpura, & irrisus, ac illulus; cum Pilatus eum populo ostendit, dicens: *Ecce Homo*, quasi diceret, attendite an hominem ita exhaustum noueritis, cum reuera sit homo. Hunc in modum ostenditur nobis quotidie CHRISTVS D. N. reclus accidentibus panis, cum dicitur: *Ecce Agnus Dei*. Quamuis enim videatur panis; re vera tamen non panis est, sed verus homo, & Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

QUINTVM mysterium erit baiulationis crucis vsque ad Caluarie montem: vbi fuit Cruci affixus, & sanguinis torrentes effudit per vulnera pedum & manuum: in qua re Iudæi impleverunt quod dixerant: *Emittamus lignum in panem eius*, erigentes Cruci affixum eum, qui seipsum vocat *panem viuum*: ut sic eradamus eum de terra viventium. In cuius rei memoriam quotidie eleuatur in missa hostia & calix: in quibus est idem ipsum corpus, & Sanguis eiusdem Domini cum signis vulnerum, per quæ fluxit. Ut omnes intelligant, quod si viua fide Dominum hunc aspiciant in locum altum eleuatum, sanabuntur à Spiritualibus suis vulneribus, si veniam eorum petuerint. Intelligant etiam finem & scopum Sacræ Communionis esse, ut vires recipiant ad tollendam crucem; & in ea mundo & amari proprio moriendum.

Ecclesiam ait S. Augustinus, esse sicut viduam illâ, quæ tempore ingētis famis

4.
4. Par. Med.
34.

Med. 35.

Medit. 36.
Et 37.

5.
4. Par. Med.
39. Et 40.

f. Iere. 11. 19.

famis

g3 Reg. 17.
12.

4. Par. Med.
40 & 49.
h Psal. 63.
22.

2
4. Par. Med.
52.

4. Medit. 45 &
Sequentibus

7
Medit. 55.

famis dixit Eliæ : *g en colligo duo ligna, ut parū panis faciam tibi & filio tuo ut comedamus & moriamur.* Duo ligna, ait esse crucem Christi, cuius virtute eius mysteria considerantes, condiemus cœlestem hunc panem, quod comedentes moriemur mundo, & viuemus Deo. Etiam cum venimus est ad Caluariæ montē, iuxta Davidis Prophetiam: *h dederunt ei in escam.* & postea *in suis potauerunt aceto.* Nunc autem ipse dat nobis carnem suam cibum, & Sanguinem in potum cum summa dulcedine, quam nobis summa sua amaritudine comparavit, Quā amaritudinem ei renouat, qui indignè communicat: quia intra cor suum ei porrigit fel & acetum, ut supra diximus.

SEXTVM mysterium est eorum, quæ gesta sunt, cum Christus Dominus noster in cruce penderet. Nam *primum* signa, quæ facta sunt, significant dispositiones, quibus ad sacram Communionem sit accedendum. Nam terræ motus est timor Dei; scissio lapidum, est contritio, qua conteritur; sepulchrorum apertio est sacra Confessio, scissio veli est penetratio arcanorum Christi Suatoris nostri, quæ fit in meditatione; verba, quæ ipse locutus est in cruce, significant fructus ex communiōe Sacramenti hauriendos: orare scilicet Deum pro persequentibus nos; benefacere indigentibus & petentibus à nobis, exemplo ipsius Christi, qui latroni petenti promisit paradysum; curam gerere personarum & rerum, quæ ratione aliqua nobis incumbunt: sicut ipse Christus Matris suæ ac Discipulorum curam gessit; sicire iustitiam & ipsius Dei gloriam; & frequentē communionem; opera Dei ad finem vsque perducere, & quanta fieri poterit perfectione finem eis imponere; recurrere ad Deum in nostris angustis & desertionibus, & spiritum nostrum, nostraque omnia confidenter emittere; neque ex cruce descendere vsque ad mortem, etiamsi, ut eam delectamus, urgeant aduersarij qui nos tentant.

SEPTIMVM mysterium erit sepulchri, in quo Christi Domini nostris corpus fuit vinctum magna copia myrrha & aloes, & inuolutum sindone munditia, ac positum in sepulchro lapideo, in quo nondum quisquam positus fuerat, & volutus est lapis ad ostium monumenti; & maioris securitatis caula fuit eodem obsignatum. In qua re etiam ponitur: ob oculos ratio & forma perfecti communicandi: offerendo scilicet prius Deo multas mortificationes vnde perfectas; & induendo vestem puram magnæ perfectionis, aptatam nouo homini, & præparando in anima interius monumentum, sicut sepulchrum, hoc est cor renouatum, & benè firmatum instar lapidis in quo ipse dominus requiescat; illudque post sacram communionem obsignando, & magnam sensuum custodiam adhibendo: ut sanctis cogitationibus, feruentibus affectibus ac petitionibus, tali hospite seorsim firmetur.

§. II. Considerationes à Paschate usque ad Pentecosten.

APASCHATE usque ad Pentecosten consideranda sunt mysteria, quæ illo tempore euenerunt, & Ecclesia tunc celebrat: quæ ad alia septem sunt reducenda, & sacræ Communioni applicanda.

PRIMUM considerandum: animam Christi Domini nostri Sanctissimam visitasse Iustos, qui erant in limbo, eosque consolatum esse claramque sui visionem eis communicasse; & ex obscuro carcere, in quo tenebantur, eduxisse: ita etiam eandem visitare communicantes, eos consolari, & ex tenebris, quibus tenentur, educere; & benignæ iucundæque contemplationis dono eos illustrare.

DENIQUE, quod resurrexit gloriosus, uniens animam corpori mortuo, quod erat in sepulchro, tribuens ei quatuor gloriæ dotes: & ita nunc cum tota sua gloria ingreditur animam, cui vnitur; eamque viuificat, & feruorem imperit: communicans ei cælestes suas proprietates: ut cum ipso resuscitata in vitæ nouitate ambulet. Reddit illam quasi impatibilem, ob patientiam in aduersis; quasi incorruptibilem & immortalem, ob præseruationem à grauioribus culpis; claram & splendentem, ob splendorem operum bonorum; agilem & promptam, ad præcepta & consilia Diuina implenda & amplectenda; subtilem denique, & ita spirituales, ut exuat se ab omnibus rebus terrenis.

TERTIO considerandæ varix eius apparitiones diuersis vicibus, varijsque figuris discipulis suis factæ, loquendo cum eis de Regno, magnaque arcana eis aperiendo, vulnera sua tangenda offerendo, & magnos alios fauores eis exhibendo; & magna auxilia promittendo: nunc hoc, nunc illo modo. Ita etiam in sacra communione manifestat se spiritualiter iustis mille modis: cum quibus magnam contrahit familiaritatem; & blandissimè loquitur. Ex quibus apparitionibus possunt eligi septem pro septem hebdomadæ diebus: prima scilicet, quam fecit Beatissimæ Virgini Matri suæ; deinde S. Mariæ Magdalenæ, eiusque sociabus; S. Petro; duobus discipulis euntibus in Emaus; omnibus Apostolis in Cænaculo; ijs, qui piscabantur in mari Tiberiadis; & vltima, quæ facta fuit omnibus, quando eis valedixit. In quibus apparitionibus interdum sumebat cum eis cibum, frangebatur eis panem, aut partem piscis assi distribuere, aut fauam mellis, quæ erant cælestis huius conuiuij figura; in quo nobis communicatur, quod prædictis rebus significatur.

CONSIDERANDUM præterea, quod suo tempore ascenderit in cælum; unde venerat, captiuam ducens captiuitatem, & corda discipulorum, Et ibi sedet ad dexteram Patris, agens nostrum aduocatum. Et ita descendit è cælo ad Sacramentum, & ingreditur cor Communicantis; & postea ascendit in cælum captiuam ducens eius animam amoris compe-

I
5. Par.
Med. 1.2
Medit. 2.3
Medit. 3. &
sequentibus.4
Medit. 18.

dibus: vt conuersationem suam habeat in cælis: vbi ipse est, & ipsa plenitudo sit ipse, quod suo tempore eodem ascendet; & cum eo sedebit in alia sede gloria.

5
Medit. 9.

ITEM, quemadmodum ipse Christus verus Deus & homo est in cælo Empyreo, magnum præsentia sua honorem adferens cælesti beatorum Ciuitati; nam ipse est Sol eos illuminans; fons aquæ viæ eos recreans; alimentum, quo illos alit, suæque Diuinitatis & Humanitatis visione saturat; ita vt in ipso solo habeant Beati omnia bona, quæ ad æternam suam requiem optare possunt. Eodem modo voluit idem ipse Dominus assistere Ecclesiæ suæ latens tamen in hoc Sanctissimo Sacramento, nos ipsos honorans, & omnibus bonis replens. Nam (vt S. Ambrosius dicit) Christus nobis omnia est, nostra Sapientia, Iustitia, Sanctitas, & Redemptio nostra.

Lib. 3. de
Virgin.

6
Medit. 22.

MISIT præterea Spiritum Sanctum è cælo in suos discipulos, qui donis & gratijs suis eos repleuit, & in alios viros mutauit, igneas linguas ei dedit ad loquendum, & prædicandum eius legem magno spiritus ferore. Et nunc vult idem ipse Dominus etiam è cælo venire ad Sacramentum, & inde nobis Spiritum sanctum suum communicare, gratijs suis replere, & amoris sui igne inflammare: vt de eo sentiamus, & cum eo loquamur, vt par est ad nostram maiorem perfectionem, & aliorum bonum. Quare in hoc Sacramento venit ille Dominus, qui est flos Iesse, a in quo requiescit Spiritus Dei, cum septem Spiritibus, quos Isaias appellat Spiritum Sapientia & intellectus, Spiritum consilij & fortitudinis, Spiritum scientia & pietatis, & Spiritum timoris Domini. Est quoque b lapis super quem sunt septem oculi, c qui sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram. Et ingrediens in communicantem dignè, tribuit ei septem hos Spiritus valde copiose: timorem filialem, quo ipsum reueretur, & ab omni recedat malo; fortitudinem, qua res magnas obsequij eius aggrediatur; pietatem, qua ad res Diuini cultus benè sit affectus; consilium, ne in rebus agendis aberrat; scientiam ad opera Dei eiusque beneficia agnoscenda; intellectum ad Fidei mysteria penetranda; Sapientiam denique ad sentiendum & voluptatem percipiendam in excelsis rebus Diuinitatis.

a Isai. 11. 2.

b Zach. 3. 9.

c Apoc. 1. 0.

7
Medit. 25.
d Actuum. 2.
42.

DENIQUE Spiritus Sanctus statim cæpit inspirare fidelibus frequentem huius Sacramenti vsum: de quibus S. Lucas ait: d erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & orationibus, & communicatione fractionis panis, qui erat Eucharista. Nam Spiritus sancti proprium est, iustos his tribus cibis Spiritualibus alere, concionibus scilicet audiendis, orationibus fundendis, & huius diuini panis communicatione. Quos hoc ordine collocat: quis Dei verbum audire disponit ad orationem piè fundendam; oratio ad Communionem, quæ præcipuus est cibus.

§. III. Considerationes à Festo Pentecostes usque ad
Aduentum.

RELIQUO anni tempore, à Festo scilicet Trinitatis usque ad Aduentum, considerari possunt mysteria Diuinitatis, eiusque perfectionum ac beneficiorum, quæ mundo contulit; quæ mysteria etiam possunt ad septem capita reuocari; quamuis singula complectantur plura, quæ possunt in singulos hebdomadæ dies distribui.

PRIMUM igitur considerari potest mysterium Sanctissimæ Trinitatis. Quod scilicet tres personæ Diuinæ, propter unitatem in essentia, sint in Sanctissimo Sacramento, comitantes corpus & Sanguinem Iesu Christi D.N. Pater itaque æternus ibi est generans Filium suum, eique communicans suammet Diuinitatem; summè gaudens, quod talem habeat Filium, & quod ille sit cum humanitate unitus sub speciebus panis & vini; quia ipse misit illum in mundum, ut noster esset Redemptor; & nunc eundem mittit, ut nostrum sit alimentum: quod ab ipso nobis dari petimus, dicentes: *Pater noster qui es in caelis: panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Filius ipse Dei cum summa voluptate in ipso est Sacramento, accipiens Esse à suo Patre: & uterque, mutuo se amore infinitè amantes, producant Spiritum Sanctum; & ibi est cum sua humanitate coniunctus; venitque eò, ut nos sibi per amorem coniungat: ponens nobis tanquam exemplar, unitatem, quam cum suo Patre habet: ut ipsemet Christus Dominus loquens cum suo Patre affirmavit, dicens: *a ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum sicut & nos unum sumus.* Spiritus Sanctus in eodem Sacramento est, accipiens suum Esse à Patre & Filio cum summo gaudio: quod sit vnus & idem Deus cum illis: & cupit seipsum nobis communicare in hoc Sacramento: ut faciat nos vnum secundum charitatem, quam effundit in corda nostra. Et sic impletur, quod ipse Saluator noster dixit: *h si quis diligit me, sermonem meum seruabit; & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansorem apud eum faciemus.*

SECUNDA consideratio erit septem Diuinarum perfectionum, quæ in hoc mysterio elucet: infinitæ scilicet *Sapientia* Dei, quæ talem coniuuij formam adiuuenit, ut coniungeret res adeo distantes, & modo illo adeo prodigioso, ut nobis indulgeret; *Immensitas*, quam manifestat in eo, quod quemadmodum Deus est in omni loco; ita quæ est homo, vult esse in cælo, & in terra, & in locis innumeris: ut possit vbique esse venerationi, & cum reuerentia sumi; *Omnipotentia*, quæ stupenda adeo edit prodigia, conuertens substantiã panis in corpus suum, retentis interim accidentibus panis, quibus se regat, & occultet: id quod facit in vno momento, & simul in plurimis locis; infinitæ *charitatis*, quæ nos adeo diligit, ut velit vnus fieri nobiscum,

V 2,

sicut

¶
6. Par.
Med. 4.a Ioan. 17.
22.b Ioan. 14.
13.2
Medi. 10.
& Sequen-
tib.

sicut cibus cum comedente. Quamuis non nos eum mutemus in nos, sed nos mutemur in eum, ut eius gloriae participes efficiamur; immerita *Misericordia*, qua inductus, ipsemet in persona venit, ad reparandas nostras miseras, & pascendos esurientes, potumque praebendum sitientibus cibo & potu adeo preciosis; summæ *Liberalitatis*, qua merè gratis seipsum nobis tradit, & secum omnia simul; cupiens nos gratiæ suæ donis ditare ac denique immutabilis eius *Persuerantiae*; hæc omnia praestans, & toties repetens; usque ad finem mundi, assistens inter suos Ecclesiæ suæ, ut etiam nunc ostendat, se *in finem diligere*, eosque velle in regnum suum secum deducere.

c Ioan. 13. i.

3
Med. 17. &
Sequentibus

TERTIA consideratio erit de beneficijs naturalibus, Creatione, Conseruatione, & Prouidentia erga homines. Non enim contentus quod nos ex nihilo creauerit, & semper nos in Esse quod dedit, conseruet; peculiaris gubernationem & prouidentiam vniuersiusque gerit, subueniens cuique prout opus habet, manumque suam aperiens ad eos beneficentionibus suis replendos, tribuens alimenta necessaria corpori, cum multitudine ciborum differentijs & varietatibus. Sed cum id totum modicum repararet, voluit suam missimam suam prouidentiam ostendere, prospiciens nobis de cibo alio cælesti multò preciosiori, quàm fuerit Manna. Accipiens enim naturalem cibum panis & vini, illum in corpus & Sanguinem suum transsubstantiauit, ut sub speciebus rerum naturalium ingrederetur in nos, quod est Dei supremum. *Quid enim* (ait Zacharias Propheta) *bonum est & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germanis vniuersis?*

d Zach. 9.
17.

4

QUARTA consideratio erit beneficiorum supernaturalium nostræ Redemptionis; cum Filius Dei factus est homo, & in hoc visibili mundo fecit erga homines omnia officia, quæ illi poterant in suum commodum optare. Ostendit enim amabilem suam prouidentiam erga eos. Nam, ut Magister, eos docuit doctrinam cælestem; ut medicus eorum curabat morbos; pastor & protector eosdem regebat, & in suis periculis protegabat. Benefactor omnium vniuersalis, ac denique fuit eorum Redemptor, effundens suum Sanguinem, & crucis mortem subiens. Et quoniam pauci homines frui potuerunt eius præsentia in carne mortali, modum illam adinuenit, ut in hoc Sacramento remaneret, & cuique eadem conferret beneficia, & faceret participes bonorum, quæ, talia officia exercendo, largitur.

5
6. Par. Med.
39.

QUINTA consideratio erit beneficiorum supernaturalium, quæ sunt mediæ nostræ salutis; & continentur in Vocatione, Iustificatione, Augmento Gratiæ, & Charitatis, omniumque virtutum, ac donis Spiritus Sancti, & perseuerantia usque ad finem vitæ: quæ Dominus noster com-

munica-

municat celestibus suis inspirationibus, & Sacramentis, quæ constituit, & nobis reliquit. Inter quæ tamen magis eminet E V C H A R I S T I A : in qua non contentus, quod sua nobis dona larg'atur seipsum etiam nobis tradit; & ipsemet per seipsum venit, vt propria sua manu ea nobis det; & inde in ipsa Missa mittit inspirationes Sanctas, quibus vocat, iustificat, & feruentiores reddit adstantes, & frequenti Communione gratiam suam auget, & perseuerantiam in ea tribuit: ipse enim dixit: *e qui manducat me non morietur, sed viuet in aeternum.*

e Ioan. 6. 59
6

Huc accedit, quod Sacrificium Missæ sit fons duorum præstantissimorum beneficiorum. Est enim infinitus thesaurus, ex quo precium accipimus, ad soluenda nostrorum peccatorum debita; imo etiam cognatorum nostrorum & amicorum viuentium ac defunctorum; estque titulus & ius amplitudinis infinitæ, ad impetranda omnia naturalia, & supernaturalia bona, quæ desiderare possumus & petere à Domino nostro, in utilitatem & commodum nostrum, ac proximorum. Ex quo fit vt miracula, quæ Saluator noster, dum viueret in hoc mundo, edidit erga infirmos, & indigentes: eadem etiam in hoc Sacramento ediderit, accipientibus illud vitis Sanctis, tanquam medium ad ea impetranda: ad dandam scilicet infirmis sanitatem, eiciendos Dæmones, hostes superandos, & insignia alia miracula, quibus plenæ sunt historia.

7

VLTIMUM beneficium est gloriæ cælestis, quæ est æternus & immutabilis status, ab omnibus malis, quæ timeri aliàs possunt, expeditus; plenus verò bonis omnibus, quæ desiderari possunt, propter visionem & possessionem Dei, cuius pignus est Sanctissimū hoc Sacramentū ad eod certū & securū, vt ipse Saluator dixerit. *f Qui manducat meam cernem, habet vitam æternam.* Quare si Deus oculos mihi aperiret, tantūq; lumen largiretur, vt videre possem totum quod ibi latet, statim essem beatus, sicut qui iā sunt in paradiso. Et quemadmodum ait S. Ioannes, quod è *g Sede Dei & Agni* procedebat fluminis aqua viua, irrigans cælestem ciuitatem Ierusalem, & ex vtraque parte fluminis erant plurimæ arbores *vita per menses singulos reddentes fructum suum* & significant ipsos beatos, quorum gaudia sunt semper reuerentia, & perpetua propter visionem beatificam, quæ fluminis instar procedit à Diuinitate, & humanitate Saluatoris; ita dicere licet, in Diuino hoc Sacramento esse thronum & sedem Dei & Agni, qui est Deus & homo, à quo fluit fluuius gratiæ, ac cælestium deliciarum: cuius virtute Iusti conseruant bonorum operum feruorem ad similitudinem beatorum. Cum igitur Christus verè sit arbor vitæ, in se mutans comedentem ipsum; non mirum, quod ipsi comedentes etiam vocentur arbores vitæ. Excita igitur in te fidem Dñi in hoc Sacramento præsentis, cupiens vniri ei per feruentem amorem. Sic enim habebis hic inchoatam tuam beatitudinem, suspi-

f Ioan. 6. 55.
g Apoc. 22. 1.



In Hymno
huius Festi.

rans ad aeternam & plenam consequendam, ac dicens cum Angelico Doctore S. Thoma: *Iesu quem velatum nunc aspicio, quando fiet istud, quod insitio: ut te reuelata cernens faice, visu sim beatus tua gloria?*

CAPVT X.

EXCELLENTE VIRTUTES PER SACERDOTE
les vestes significata quibus exornandi sunt Sacerdotes vt Missæ Sacri-
ficium offerant.



ACRAE VESTES, QVAS INDVNT SACERDOTE
tes Sacrificium Missæ celebraturi, ad viuam exprimere
virtutum & operum Sanctorum præparationem, qua ornati
esse debent, vt eam dignè celebrent, iuxta illud Dauidis:
Sacerdotes eius induantur iustitiam, quasi lorica, quæ illis
regat, & à pedibus ad caput protegat, exornans omnes eorum potentias &
facultates internas, & externas: ita vt nulla absque proprio ornamento
maneat; sed omnes contineat virtutes, quas iustitiæ nomen complectitur.
Hoc autem (ait S. Gregorius) voluit Deus D. N. significare per illas ves-
tes, quas assignauit Sacerdotibus antiquis: ostendens eis ex ornamento
riori eum, quem in anima habere deberent: vt videre licebit in ultimo
huius operis tractatu, qui erit de Episcopis & Prælati. Sed quoniam illi
erant præcipuæ figuræ, & illud Sacerdotium quasi umbra nostrum, non ha-
bebant vim, animis imprimendi quod significabant; nostrum autem Sa-
cerdotium, cum sit participatio ipsiusmet Christi, per omnes illas figuræ
& umbras antiquas significati, efficacitatem habet, qua Sacramentum est
ad animam virtutibus induendam, quas corporis indumenta insinua-
bant. Et hæc causa fuit cur Christus Dominus noster in nocte vltimæ
cænæ Sacrificium hoc obtulerit, communibus & ordinariis suis vestibus
indutus; nec Apostolis suis per seipsum tunc præscripserit peculiare ex-
teriores vestes: vt intelligerent, præcipuam eorum vestem esse debere
interiorem purificatâ scilicet animâ ab omni culparum genere, exornatâ
verò excellentibus operibus & virtutibus. Quamuis postea Sacri Apo-
stoli eorumque Successores, ex inspiratione eiusdem Christi Domini notati
cum viderent, (vt ait Sacrum Concilium Tridentinum) homines multi-
tum moueri adminiculis exterioribus, quæ oculis cernunt: statuerunt, vt
Sacerdotes non celebrarent Diuinum hoc Sacrificium ordinariis & com-
munibus induti vestibus, sed alias tunc induerent Sacras & benedictas

Psalm. 31. 9

in Pastor. c.
2. §. 3. §.
lib. 1. Epist. c.
24. Hier.
Epist. ad
Fabiol.
c. eius 1.

Seff. 23. c. 6.

quæ magna mysteria in se continerent: vt sic intelligerent, ad opus adeò heroicum non satis esse vitam ordinariam: sed opus esse induere animam illis operibus & affectibus, quos vestes illæ Sacræ referebant. Ervt S. Hieronymus ait: debere Sacerdotes mundâ conscientia, & virtutum vestibus ornatâ, Domini Sacramenta tractare. Et quamuis communes & ordinariæ vestes esse debeant decentes, quia eorum vita omni tempore & loco debet esse Sancta, & quæ alios ædificet: at Sacræ magis mysticæ esse debent; multò enim maiorem Sanctitatem præferre debent, cum Sacrificium Missæ offerunt: in quo collecta quodammodo est omnis perfectio doctrinæ, vitæ quæ Evangelicæ; & excellentia passionis, ac mortis nostri Saluatoris: quæ mirificè est delineata ac depicta in sex Sacerdotalibus vestibus, quas appellamus: AMICTVM, ALBAM, CINGVLVM, MANIPVLVM, STOLAM, ET CASVLAM; & in verbis, quæ dicuntur cum singula induuntur, quibus exprimitur, petiturque à Deo Domino nostro virtus, quam significant. Quod totum esse potest argumentum considerationis & orationis per singulos hebdomadæ dies. Cogitando scilicet vno die mysteria vnius vestis, & altero alterius; & in singulis perpendendo virtutem animæ, quam significant; & mysterium CHRISTI Domini, quod referunt; & exemplum, quod nobis præbuit imitandum, Et studeamus (vt ait S. Hieronymus) exequi, quod suadet Apostolus, cum dicit: *vt induamus viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, c. exspoliantes nos veterem hominem cum actibus suis, & induentes novum*, qui est IESVS CHRISTVS Dominus noster; & excelsas eius virtutes, concipientes confusionem & pudorem, quòd tali veste exuti simus, iuxta dictum Innocentij Papæ: attendat Sacerdos studiose, vt signum sine significato non ferat; & vestem sine virtute non portet: sed oret Deum, vt ea virtute ipsum exornet, vt paulatim explicabitur.

§. I. Virtutes & mysteria per Amictum significata.

PRIMA VESTIS Sacra AMICTVS, quo Sacerdos primùm operit caput suum & humeros; postea ex capite illum demittit, vt vestis suæ collum tegat, dicens: *Impone Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos Diabólicos incursum*. Ex quo constat per Amictum significari virtutem spei & fiduciæ in Deum: de qua S. Apostolus: *induamus loriam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis*. Quæ virtus triplici nomine est Sacerdotibus valde necessaria. Primum est, ad resistendū incursum & tērationibus Dæmonū: qui tūc accedūt ad fructū Sacrificij impediendum. Huiusmodi enim Dei & nostri hostes, cum experiantur, magna damna &

iactu-

In cap. 4.
Ezechielis.

b Colof. 3.
11. 9.

c Rom.

Lib. de My-
sterio. Missæ.
c. 64.

a 1. Thes. 5.
8.
Ephes. 6. 17.

acturam, quam accipiunt ex Missa benè peracta, & attentè audita: vnde offerunt tentationes, ad nos turbandos: tam per imaginationem & appetitum internum; quam per eas res & imagines, quæ per externos, sensus percipiuntur: est quæ necessarium, magna attentione & vigilantia eis resistere. Sed quoniã vires nostræ valde sunt breues, ac debiles: fiducia in Deum, illas auget & victoriam obtinet. Ac propterea significatur per galeam, quæ protegit caput: in quo præcipui sunt hominis sensus. Sagittæ enim Sathanæ rectà tendunt ad lædendã ac destruendã partem magis principale, scilicet, & rationem. Ac propterea dixit Ieremias: *b facti sunt hostes in capite*: quia cæperunt ipsum spiritum; & corruperunt intentionem, quæ caput est & principium operis. Deinde spei virtus est necessaria in Missa, quia sacerdotes funguntur officio mediatorum inter Deum & homines: intercedunt enim, & orant pro eis: eique proponunt necessitates communem: ad cuius orationis maiorem vim & efficacitatem plurimum rebus fiducia, cui orationis impetratio innititur: ac propterea David vitæ quæ coniunxit, cum dixit, *c Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino*. Sacrificium enim ex parte hominis offerentis, eò efficacius operatur, quærit obtinebit: quò maiori Diuinæ misericordiæ fiducia illud obtinebit. Est quoque hæc fiducia necessaria ad temperandam pusillanimitatem, quam adfert timor & reuerentia Maiestatis Dei, sacrificio huic assistentis. Non enim paruo sed magno opus est corde ad opus, adeo quæ gratæ faciendum in conspectu ipsius Domini, coram quo tremant potestates cælestes, & spiritus Angelici contremiscunt.

2

Sed quoniã spes ita Diuinæ Misericordiæ innititur, vt nostris obsequiis exhibitis valde confortetur: hinc est, quòd Amictus ponatur super humeros, ad significandam (vt ait Hugo de S. Victore) fortitudinem bonorum operum, quibus debet sacerdos se munire, vt spes eius sic firmetur & possit citius obtinere, quod intendit. Experientia enim docet, non tantum crescere fiduciam: ac propterea S. Ioannes dixit: *si cor nostrum non prehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipimus ab eo*.

3

SED aliquid adhuc excelsius significat AMICTVS, vt solidius fundamentum nostræ fiduciæ præbeat: nam (vt S. Bonaventura ait) respectus ipsam Christi Domini nostri *humanitatem*, cuius *caput*, ait Apostolus, *divinitatem*, quæ illam cooperit, sicut Amictus tegit caput sacerdotis. Nos enim potuissent oculi nostri infinitum huius Solis iustitiæ splendorem aspiceret: nisi eius carnis nube operiretur. Qui tamè Amictus statim ex capite ad humeros dimittitur: quia ita Deus occultat se in Christo, vt fides locum habeat, & tamen non desinat se admirandis suis operibus aperire, manifestare: quæ adeò sufficiens dederunt suæ Diuinitatis testimonium.

b Threm. 1. 5

S. Greg. li. 1.
Moral. c. 29

c Psal. 4. 6.

Lib. 2. de Sa
cram. p. 4.
d. 1. 2. 2. 21In exposit.
Myster.
Missæ.
Innocentius
sup.
c. 1. Cor. 11. 3.

iple dixerit: *opera ipsa, quae ego facio, testimoniū perhibent de mi; quia Pater misit me; & si mihi non vultis credere, operibus credite.* Nec alienum est, quoddam vna eademque res virtutem significet confidentiæ, & Saluatoris humanitatē: illa enim spes nostra, & omne nostrum solarium ac remedium ab ea provenit. Quare cum Sacerdos *Amictum* accipiens, illum osculatur, & capiti suo imponit: cogitare debet, se amoris osculo Sacratissimam Christi humanitatem tangere, & capiti suo tanquam rem sibi charissimam imponere, ut ea se protegat, ac rueatur: Memor illius Davidis ad Deum sententiæ: *h Domine virtus salutis meae, obumbrasti caput meum in die belli: quia eam me protexisti.*

ALII DOCTORES dicunt: *Amictum* significare *velum* illud quo Iudei *velarunt faciem* Christi in domo Caiphæ; & *colaphis eum cadentes dicebant*: *k Prophetia nobis Christe quis est qui te percussit?* Cum enim hoc Sacrificium sit memoria Passionis eius: ideo vestes, quibus illud celebratur, signa sunt earum, quibus hostes eius eum in Passione induerunt: quas merito debemus venerari, & super nostra capita imponere, ac de eis eiusque iguominijs & cruce gloriari. Obiter etiam monentur Sacerdotes, à momento quo *Amictum* sibi imponunt, debere se maximam quam possint modestiam oculorum servare: cum è Sacrificia exeunt, & redeunt ad eam; & multò adhuc maiorem, quamdiu sunt apud ipsum Altare, ut eos semper demissos habeant neque huc illucue conuertant: nisi quantum necesse est, ut videant quod faciunt, nec aliud quicquam aspiciant. Ne eis eveniat, quod Ieremias conqueritur, dicens: *oculus meus depradatus est animam meam; & in mors ascendit per fenestras,* quæ subtrahit attentionem ac deuotionem cordis.

§ II. Virtutes quas Alba & Cingulum significant.

ALBA, quæ vestis est linea, tegitque totum Sacerdotis corpus vsque ad pedes, representat vitæ Innocentiam, & cordis puritatem, quæ complectitur sanctitatem perfectam, & constantem: ut insinuant verba, quæ dicit Sacerdos, cum illam induit; *Dealba me Domine, & munda cor meum, ut in sanguine Agni dealbatus, gaudis præsuar sempiternis.* Optanda omnino est in Sacerdotibus omnibus innocentia, quæ careat culpis, ita ut ab eis abstineant, & se præferuent. Cum tamen hæc adeo sit rara, servare saltem debent, eam mundiciem, quæ ex eo procedit, quod statim se purificent ab eis, in quas labi contingit: ita ut nulla, studio in corde remaneat, non solum aliqua magna, sed neque parua; sed quemadmodum Alba tegit totum corpus: ita iustitia & sanctitas totum exornet spiritum, ut de Sacerdotibus dici possit, quod de antiquis Nazaræis: *a candidiores Nazaræi eius nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, Saphyro*

f Ioan. 5. 36.
g cap. 10. 33.

h Psal. 139. 8

4
Gabriel Le.
tio. 11. in
Canonem.
i Matt. 14.
65.
k Matt. 26.
68.

l Thre. 3. 51
m Iere. 9. 21.

n Thre. 4. 7.

Y

pulchri-

pulchriores. Et iure optimo eos comparamus candori niuis, propter puritatem castitatis, quæ refrigerat ardores concupiscentiæ; & nitori lacti propter molliciem mansuetudinis & affabilitatis, quæ impetus iræ reprimi; & pulchritudini Saphyri, propter eam, quam illis adfert feruens eorum charitas, cum varietate virtutum illam comitantium. Ex quibus omnibus conficitur vestis illa Alba, candida, & longa: quæ per totam duret vitam, omnia opera exornet, & pedes affectuum tegat: imò multum adhuc supersit, ut cupiant Sacerdotes multò plura, quàm se ipsi faciant, præstare, ut placeant Domino, à quo tantum accipiunt bonum. Hunc tamen candorem & pulchritudinem non ex seipsis habent, sed ex gratia & misericordia Dei propter Christi merita: sicut illi Sancti, de quibus in Apocalypsi dicitur: *b quod lauissent stolas suas, & dealbassent illas in Sanguine Agni.* Qui sanguis applicatur per Sacramenta & exercitia bonorum operum, lauando animas à culpis, ac dealbando eorum splendore præstantium virtutum. Et cum Agnus ipse Sanguinem suum effuderit in gentibus cruciatibus, ut eo lauemur & dealbaremur: æquum est, nos quoque aliquem sustinere laborem, & mortificationem sine qua candor ille & pulchritudo non obtinetur. Ac propterea Alba est linea & alba, quæ multis lotionibus, & percussionibus ad suum pertinet candorem: ut intelligatur, etiam animæ candorem obtinendum esse laboriosum, & pœnam aliquam adferentibus operibus, lachrymis, orationibus, & mortificationibus. Horum omnium merito meminerit Sacerdos, cum ipsam *Albam* induit. Si enim horreat sordidam induere, & mundam aliam petat: potius debet erubescere, si animam suam videt vitiorum vestibus, & habitibus indutam: ac proinde diligentem operari dare, ut ab eis lauetur, & purificetur. In cuius rei signum constituit Ecclesia, ut Sacerdos antequam vestes Sacras induat, lauet manus, dicens: *Da Domine virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam, ut sine pollutione mentis & corporis valeam tibi seruire.* Ex quo constat: lotionem hanc externam excitare internam, iuxta antiquas Cæremonias, quibus iubebat Deus c *Aaron & filios eius lauare aqua, antequam Sacerdotalibus induerentur vestimentis:* imò & populum iubebat *lauare vestimenta sua,* ut sic se præpararent ad Dei aduentum, cum volebat illis loqui: Ex quo deducit S. Ambrosius: sicut eo quod erat figura, tanta erat seruanda mundicies: multò maiorem meritò esse seruandam in ipsa veritate, quam illa referebat: discite (inquit) Sacerdos, quid sit lauare vestimenta tua, ut mundum cor celebrandis exhibeas Sacramentis. Si populus, antequam laualet, prohibebatur accedere ad Sacrificiū: quomodo tu animo & corpore maculatus, orare audes, & sacrificare pro alijs? Hæc S. Ambrosius.

b Apoc. 7.
24.

c Exod. 29.
4. d. c. 19. 10.
Lib. 1. Offic.
6. 50.

”
”
”
”
”
”
”
”
”
”

Ut au

VT AVTEM hæc facilius & exactius reipla fiant, multam refert, oculos levare ad mysteria, quæ ipsa Alba indicat: vestem scilicet albam, quæ e Herodes Christum indutum illufit, ac remisit ad Pilatum, irridens eius regnum, & ipsum quasi stultum. Ipse autem Dominus patientia sua vestem obtinuit albam gloriæ in sua Resurrectione, sicut habuit in Transfiguratione, vbi f vestimenta eius dicuntur facta alba sicut nix: Quæ vestis etiam significatur per ALBAM. Quis igitur non contendat in hac vita induere albas virtutum vestes, etiam cum ad eas dealbandas, magnus labor sit subeundus? si aspiciat, quanta animi promptitudine dulcissimus noster Salvator exceperit vestem illam albam, qua illum induit Herodes in contemptum: quæ simul erat indicium candidissimæ intertæ vestis, quam Pater æternus in eius anima posuerat. Quod si per hanc promeretur vestis candida gloriæ: benè collocatus censebitur quinque labor in ea comparanda. Quàm fuit salubre consilium Domini, quo Sacerdotem quandam Episcopum exhortabatur, dicens: *g suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias, & vestimentis albis induaris, quibus tegatur confusio nuditatis tuæ, & sic in honore habearis apud Angelos & homines.*

AD IPSAM Albam cingendam & constringendam adhibetur CINGULUM, dicendo: *Præcinge me Domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, ut maneat in me virtus continentia & castitatis.* Ex quibus verbis facillè intelligitur, hoc Cingulum significare virtutem castitatis, de qua superius egimus; estque magni momenti pro Sacerdotibus, ad perfectam eorum puritatem. In cuius figuram iubebat Deus h comedentes & Sacrificantes agnum Paschalem accingere renes suos; & ipse CHRISTVS Dominus noster dixit: *i sint lambi vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris, expectantes aduentum sponsi celestis: non solum cum ad ad iudicandum est venturus; sed etiam quando in iplo Sacramento venit, ut nos visitet. Non enim admittetur, qui non erit succinctus.* Et ideo Sanctus HIERONYMVS, cum Sacerdotales antiquas vestes moraliter esset interpretatus, ad cingulum perueniens, ait: *Hæc omnia frustra sunt si castitas arcta, & ornata non fuerit. Ideo zona est, & cingit lumbos, restringit, & mortificat.* ET QUANDO CHRISTVS DOMINVS Noster apparuit SANCTO IOANNI *h vestitus podere, hoc est veste Sacerdotali, erat præcinctus ad mammillas zona aurea. Ut Sacerdotes intelligant, quod præcingere se debeant perfectissima castitate, quæ & corpus, & Spiritum, & omnes affectus purificet: amorem carnalem vincens spirituali, quod est aurum charitatis; quæ suavem ac iucundam reddit castitatem, ex se valde grauem ipsi carni, quam priuat voluptatibus,*

Y 2

quas

2
c Luc 23.14

f Mat. 18.20

g Apoc. 3.18

3

h Exod. 2.11
i Luc. 12.35

In Psal. 132.

k Apoc. 1.13.

quas appetit; & seuerius eam punit, vt intra luos contineat limites. Et quamuis hoc cingulum (iuxta aliquorum Doctorum sententiam) significet funes, quibus Christus Dominus in Horto fuit ligatus; aut flagella, quibus fuit ad columnam cæsus: huius tamen rei memoria auget amorem erga eum, qui tanta pro nobis est perpessus, & suauem nobis reddit castigationem carnis, necessariam ad eam continendam, & castam seruandam.

4

SED vterius pergit CINGULI huius significatio; quod etiam colliget & contineat partes Albæ superfluas, ne per terram trahatur, aut ministerium impediatur. Et hoc nomine significat prudentem & cautam mortificationem, non solum in illicitis, sed etiam in licitis, cum non sunt ei, quod tunc fit, accommodata. Sanctitas enim est sicut *Alba* adeo longa & lata, vt complectatur varia genera cogitationum, affectuum, & curarum, & quidem bonarum & Sanctarum. At cogitationes & curæ, quæ in alio tempore & loco bonæ sunt, non semper sunt aptæ in Altari, & tempore Missæ. Quare opus est, illas præcingere, & colligere, ne impediatur. Tempus enim illud est destinatum ad orandum, & sacrificandum; non autem ad studendum, concionandum, aut negotium aliud agendum, quod extra illum locum & tempus esset licitum.

§. III. Virtutes per Manipulum & Stolam significata.

a Psal. 125. 5

MANIPVLVS præmisso osculo crucis, quam in medio habet, imponitur sinistro brachio, dicendo: *Merear, Domine, portare Manipulum stetus & doloris: vt cum exultatione: recipiam mercedem doloris: quæ sententia videtur alludere ad illam Psalmi: a Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* Quare dicere possumus, MANIPVLVM significare virtutem zeli, hoc est tristitiam & dolorem de peccatis proprijs, & alienis, in quantum honori Dei, & animarum salutis aduersantur, cum Sæcra quadam contra ea indignatione, & feruenti ea disturbandi & expellendi desiderio. Peccata propria dissoluntur lachrymis, gemitibus, & contritionis actibus, & pœnitentia, qui disponunt hominem ad hoc Sacrificium dignè offerendum. Aliena peccata sunt etiam remouenda, orando cum lachrymis, & Sacrificium pro eorum remissione offerendo.

Supra- 2

MANIPVLO item, cui infixæ est crux, & in modum scuti in sinistrum brachium imposito, significantur (vt ait S. Bonauentura) arma defensiva, quæ præparare nos oportet ad certamen, quod continuum habemus cum hostibus, impugnantibus nos aduersis huius vitæ rebus; ad leniendam autem sensam, quæ illa aduersa adferant, scutum & clypeus noster esse debet humilitas & patientia Christi Domini nostri; & labores, pugna & luctus.

quas ipse sustinuit vsque ad mortem crucis, addens nobis animos ad aduersa toleranda, & pugnandum in omnibus congressibus, sicut ipse Dux noster in suis pugnavit: & memores simus eius, quod alia occasione dixit Ieremias: *b dabis eius scutum cordi laborem tuum.* Quae sententia, etsi in literali sensu, intelligatur de incredulis, qui quasi scuto quodam se tegebant, & excusabant; ne Christi Diuinitatem crederent, quem videbant tot calamitatibus & ignominiiis Passionis affectum: multo tamen aptius Sacerdotes & Iusti sumere debent aduersa crucis Christi, tanquam scutum cordis sui; vt eis se protegant, amplectentes ea magno cum amore; cuius indicium dat Sacerdos, cum imponens *manipulum* in brachium, crucem eius osculatur. Quicquid enim cum amore suscipitur, id iucundum est ac suauis; amor enim clypeus est solidus, ad defendendum quod amat. Ac propterea in libro Canticorum dicit ipse Christus animae: *c pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio; dura sicut infernus, siue sepulchrum, amulatio.*

HOC IPSVM clarius adhuc significatur per Stulam, quae superponitur collo, duciturque per medium pectoris in modum crucis; & cinguli extremitatibus alligatur, ne decidat. Ea autem significat obedientiam Legi Dei exhibendam: de qua dixit Salomon, vt *d collo nostro* tanquam *torquem* magni pretij imponamus, gloriantes & honori nobis tribuentes, quod ei nos subiiciamus, eiusque iugum cum humili subiectione tollamus. Eandem autem apponimus pectori nostro vt ante oculos semper illam habeamus, eius memores, iuxta illud quod Dominus iussit populo suo dicens: *e verba legis ligabis quasi signum in manu tua, & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque eam limine, & ostiis domus tua.* Ac denique in crucis modum disponitur super pectus, ita vt pars, quae ab humero dextero descendit, tendat ad sinistrum; & quae ab humero sinistro, tendat ad dextrum. Ad seruandam enim legem, opus est, vt huius vitae an ara & aduersa tanquam dulcia & prospera accipiat; & contra, dulcia & prospera reputet sibi aduersa. Summum reputans gaudium, quod patiat tribulationes vt magis proficiat in humilitate & patientia: timeat vero serenitatem prosperitatum, ne ipsum praecipitent in praesumptionem & superbiam; vt sic in omnibus imitetur obedientiam & subiectionem Christi, per Stulam (vt S. Bonaventura ait) significatam. Qui amplexus Diuinam legem, eam in medio cordis sui poluit: *f factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*; & per totam vitam tulit crucem suam, fugiens honores, delicias & prosperitates; amplectens vero contemptus, dolores, & aduersitates: exemplo hoc suo approbans, & venerandum reddens hunc electionis modum: vt nos permoueret ad sequendum suum iudicium & consilium, tanquam rectius & aptius, & amplectendum ac faciendum, quod ipse se-

b Thre. 3. 6

c Cant. 8. 6

I

d Prov. 1 8.

c Deut. 6. 8.

2.
Ephes. 2. 8.

g Genes.
48. 13.

cit. Quemadmodum enim Iacob morti proximus commutauit manus ut benediceret Manassén & Ephraim filios Ioseph, qui g *Manassén* manu maiorem collocauerat ad *Patris sui dextram*; *Ephraim* vero nati minorum ad *sinistram*. Iacob autem commutauit manus, dextram ponens super minorem, & sinistram supra maiorem. Ita Christus D. N. tempore mortis suæ, in Cruce pendens, ponit manum suam dextram super ea, quæ mundus minor reputat, aduersitates scilicet; sinistram uero super ea, quæ mundus maiora iudicat, quales sunt prosperitates: quamuis enim in utrisque possint homines saluari; primæ tamen magis sunt conformes ei, quod ipse Dominus sibi elegit, tanquam magis securum.

3

DENIQUE Sacerdos Stulam accipiens, osculatur Crucem in eius medio sitam, dicens: *Redde mihi Domine, Stulam immortalitatis, quam perdidisti in prauaricatione primi parentis: & quamuis indignus accedo ad tuum Sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.* Quæ sententia significat quod quemadmodum Adamus ob inobedientiã, quam exhibuit comedendo fructum arboris prohibitæ, vestem immortalitatis & æternæ gloriæ amisit: ita eam recipit per obedientiam, virtute Crucis, in qua secundus Adamus mortuus est, ut Patri suo æterno obediret. Et propter spem huius uestis æternæ, debemus libenter induere vestem obedientiæ, osculantes demissè, & amanter Crucem propriæ abnegationis, in qua obedientia fundatur.

§. IV. Virtutes per Casulam significatæ.

a 1. Cor. 31.
7.

b 1. Tim. 1.
5.

CASULA, quæ ultima est uestium, magisque splendida; ac præcedit reliquas tegit: significat uirtutem charitatis, quæ reliquis uirtutibus est excelior: quibus & honorem adfert, eas defendit, & protegit, comitando eas in earum actionibus, ut perfectæ sint. a *Charitas* enim (ut ait Apostolus) *omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, & ad omnia ualet*, ita ut sine ea res omnes sint imperfectæ, cum ea autem suam omnes habeant perfectionem: b *Finis enim Præcepti* (ut idem Apostolus ait) *est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, sed integra & perfecta.* Et quemadmodum Casula duas habet partes, quarum altera pectus, altera dorsum tegit: ita, ait S. Bonauentura, charitas duas debet habere actus: amoris scilicet Dei, & proximi; amorem amicorum & inimicorum, nemine excluso, etiam nobis ualde infenso, & qui proderit nos ad dorsum aggrediarur. Nam charitas est, quæ suaue nobis reddit legis iugum, & Christi Crucem, & omnium præceptorum & consiliorum onus facit leuius; aut potius in ea sola summatim quasi omnia continentur, & perfecta legis obseruatio: cuius fructus est pax & gaudium in Spiritu

ritu Sancto. Ac propterea, Sacerdos, cum eam induit, dicit: *Domine qui dixisti iugum meum suave esse, & onus meum leue: fac ut istud portare sic valeam ut consequar tuam gratiam.* Nec sine causa Casula brachia relinquit libera; ut intelligatur libertas spiritus, quam adtert Charitas: communicans magnam promptitudinem & velocitatem ad omnia quæ sunt divini obsequij, ita ut nihil illam terreat, aut impediat. Hæc est præcipua *vestis nuptialis*, quam habere debet ingressurus hoc cœleste conuiuium, ac Diuinum hoc Sacrificium oblaturus; Et dicitur *tunica illa hyacinthina*, qua Sacerdotes antiqui ornabantur, ex cuius fimbria pendeabant *tintinnabula aurea simul cum malis punicis*: Charitas enim tribuit Sacerdotibus cœlestem vitam, simul cum verbis & operibus magni exempli, & magna efficacitate ad omnium corda vnienda. Hæc est *e vestis Esau* valde preciosa, & propria Sacerdotij, quæ ad illum iure primogenituræ pertinebat, quam induit *Iacob*, ut benedictionem Patris sui *Isaac* obtineret: Sacerdos enim Charitate indutus, sibi & proximis suis benedictiones obtinebit e cœlo venientes, propter merita summi nostri Sacerdotis Iesu Christi; cuius *f tunica inconsutulus* significabatur per Casulam, eratque Symbolum Charitatis, non ferentis diuisionem aut scissionem aliquam; omnes enim iustos coniungit in vna Ecclesia, in vno Spiritu, & in participatione vnius eiusdemque Sacramenti & Sacrificij. Sed cum sit vna, talem habet proprietatem, ut ita se multis accommodet, ut fiat omnia in omnibus & omnium illorum colorem induens, *Fleat cum flentibus at cum gaudentibus gaudeat.*

Et quemadmodum Casula inter reliqua ornamenta singularem exigit colorem, vnum ex quinque iuxta diuersitatem temporis: album scilicet, aut rubrum, viridem, aut violaceum, aut nigrum; (his enim tantum vtitur Ecclesia diuersis temporibus) ita Charitas varios induit affectus, nunc lætitiæ & gaudij ob dei magnalia, & gratitudinem propter eius beneficia; nunc patientiæ & fortitudinis, ut se ad martyria, magnosque labores offerat; nunc heroicis exercet actus Spei, tum cum orat; tum cum egregium aliquod facinus aggreditur, aut se in aliqua videt pressura constitutam; tum exercet actus Fidei, ex se quidem obscuros, sed illustratos amore, supplente cognitionis defectum; ac denique affectus exercet tristiæ, & fletus propter sua peccata & miseria, aut etiam aliena; aut propter aduersa, quæ eius dilectus est in Passione perpressus; aut propter exilium quo detinetur, optans illum in sua, gloria videre. Hac affectuum varietate potest ac merito debet exornare se Sacerdos diuersis temporibus, ut suum dignè offerat Sacrificium.

c Matt.
22. 12.d Exod.
28. 31.e Gen. 27. 15
Ex Isidoro
in Gen. 23.
Vide Pine-
dam in t. 1.
in Job, ver-
su. 1.
1 Ioan. 19.
2.

g Rom. 12.

15.

2

3

HÆ summam sunt virtutes, quas vestes Sacerdotales significant, quarum actibus induere se debent Sacerdotes, ut possint dignè suam Missam celebrare, accommodantes deuotionem cordis, & modestam grauitatemque corporis, ei, quod ipse, ornatus representat; ita ut & corpus, & Spiritus rectè in omnibus conformentur in hoc opere, & in omnibus motibus, verbis, actionibus, ac cæremoniis eius: coniungentes reuerentiam & grauitatem internam cum externa, ad populi ædificationem, & externam ipsam cum interna, ad placendum Deo, qui non delectatur honoribus purè externis.

CAPVT XI.

RATIO LEGENDI ET AVDIENDI MISSAM CUM
perfectione; & nominatim quid sit agendum in prima eius parte vsq;
ad Euangelium.



VM MISSA SIT SACRIFICIUM COMMUNE TOTI vs Ecclesiæ, tria personarum genera ordinariè ad eam concurrunt. Quarum prima & præcipua est ipse Sacerdos, qui aliqua dicit, & facit solus; in aliis autem iuuatur à Ministris ipsi assistentibus, & hi secundum tenent locum; (quorum munia in capite secundo proposuimus) tanti enim momenti hæc munia sunt in oculis Dei, ut aliquos gradus instituerit Sacramenti Ordinis, qui gratiam conferant, ut perfectè fiant. Tertium locum tenent reliqui Fideles, Missæ assistentes: qui, ut supra diximus, etiam offerunt hoc Sacrifitium, magnamque ex eo accipiunt vtilitatem: si, quod ipsis incumbit, rectè præstent: audientes scilicet quæ Sacerdos dicit, & facientes, quæ commendat: eumque imitantes in iis, quæ facit, in eo gradu, qui illis incumbit. Et autem pro fundamento supponendum: in ipsa Missa simul concurrunt eminenter, etiamsi breuiter, exercitia spiritualia, quæ Sancti vocant Lectiõnem, Orationem, Meditationem, & Contemplationem, quorum finis est vnio cum ipso Deo: & Orationem quidem exerceri cum omnibus modis orandi etiam excelsioribus, præcipuè quatuor illis, quos Apostolus vocat, a *orationes affectuosas, gratiarum actiones* ob accepta beneficia, *petitiones* donorum & gratiarum, & *obsecrationes*, hoc est preces adductas titulis & causis, ad obtinendum quod petitur, ut in alio loco factius explicauimus. Et correspondent quatuor titulis, quibus Missa offertur: in quibus omnibus exerceri debent tam Sacerdotes, qui illam legunt, quam reliqui

a 1. Tim. 21.

Ducis spirit
Tract. 1. c.
12.

ei ali

ei assistentes. Neque enim absque iusta causa iubebat Deus in lege veteri offerri sibi per singulas hebdomadas *b duodecim panes* nomine duodecim Tribuum Israel, appositio super singulos panes modico *thure lucidissimo*, quo significabatur Sacrificium hoc & Sacramentum sub speciebus panis & vini, quo Christus Dominus noster instituit coram duodecim suis Apostolis, ut illi eorumque Successores illud offerrent pro se & nomine totius multitudinis fidelium, qui omnes coniungerentur ad oblationem cum lucidissimo Orationis thure: *ut sit panis in monumentum oblationis Domini*: qui ad Diuinam eius praesentiam ascendat, & impetret quicquid optamus in bonum vniuersiusque & totius Ecclesiae.

OMNIA haec distinctius licebit videre in iis, quae de singulis rebus dicemus; quas Sacra Missa complectitur; quae in tres quatuorve partes distribuitur. Prima est quasi preparatio & quaedam dispositio ad ipsum Sacrificium; ab ipso scilicet initio usque ad Euangelium, quae olim vocabatur Missa Catechumenorum: eod quod eo usque permittentur ei interesse. Inde incipit altera pars, quae disponit ad ipsum praecipuum Sacrificium: & complectitur oblationem panis & vini & ipsam Praefationem. Hanc sequitur tertia pars quae pertinet ad ipsummet Sacrificium usque ad communionem. Ultima pars complectitur reliquum Missae, quae est quasi gratiarum actio propter eam Deo ipsi oblata.

§. I. Confessio, quae praemittitur.

PRIMA VERBA, quae sunt Missae initium, illa sunt: *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*. Nam (ut S. Dionysius dixit) omne opus, cuius scopus est Deus, inchoari debet ab inuocatione Sanctissimae Trinitatis; cuius virtute est parandum. Quamuis enim illa omnibus sit praesens, non tamen omnes ad eam attentè sunt illi praesentes; nisi cum eam attentè & quietè, ut par est, inuocant. Est autem magni momenti, in eius praesentia se constituere, eamque in sua memoria toto tempore, quo Missa durat, habere. Ad eam enim dirigitur Sacrificium; & ipsa intentio ad eius praecipuè gloriam est dirigenda; & quia meminisse, Sanctissimam ipsam Trinitatem praesentem esse, plurimum iuuat attentionem & reuerentiam, quam amplissimum hoc opus exigit & ad inuicem pectore obstitendum impugnationibus hostis, conantis Sacrificij fructum impedire. Quemadmodum enim a volucres descendebant super cadavera quae Abraham sacrificare volebat, quas ipse abigebat: ita quo tempore Missa legitur, & auditur, accurrunt Dæmones ad nostram oblationem impediendam; & attentionem & reuerentiam turbendam plurimis imaginationibus & curis nullius momenti: ac propterea opus est, semper illas abigere. Ad quod

b *Leuit.*

24.

Vide Sua
Disp. 4. Sect.
3 in 3. p.

De Diuina
Nomin. 6. 3.

Genes. 16.
2.

Quod non parum confert, attendere, Deum esse presentem nosq; aspiceret. Quamobrem ea verba proferentes, & Sanctissimam Trinitatem innocentes, signamus nos signo **CRUCIS** à fronte usque ad pectus, & à sinistro humero usque ad dextrum, quasi nos virtute **CHRISTI CRUCIFIXI** munientes, ad pugnam ineundam cum hostibus Sacrificii quod offerre intendimus in memoriam mortis, quam ipse in cruce sustinuit.

² **HOC SIGNO** præmissò, Sacerdos dicit versiculum illum Psalmi 42: *b Introibo ad altare Dei: Ministrans verò nomine reliquorum dicit: Ad Deum qui lavificat iuventutem meam.* Quem ter repetit: primum antequam Psalmus inchoetur; deinde in ipsomet Psalmo, ac tertio post eius finem: vt intelligatur, quanta firmitate, & constantia inchoandum & proseguendum sit hoc opus, intendentibus intrare ad altare Dei, eiusque præsentia assistere; quâ renouetur, quod fuerat inueteratum; & restituitur nobis iuventus spiritualis, quæ est feruor spiritus, & lætitia exoriens.

REPETITUR etiam tertio, vt intelligamus, Missam nec dicendam nec audiendam esse solum ex consuetudine, cum quadam tepiditate animo abiectò, tædio, ac tristi: quasi graue sit & molestum tempus in eam consumere: sed potius audiendam & legendam esse recenti quadam debilitatione, & spirituali impulsu: quasi illa esset prima, resistendo tædio spiritus, quod tunc aggredi nos audeat. Ac propterea **DAVID** in eodem Psalmo addidit: *Quare tristis es anima mea; & quare conturbas me?* cum enim nihil tibi sit magis gloriosum, quàm ipsa Missa: cur tædio afficeris eam legendò aut audiendò? & cur alijs curis ac disiderio citius finiendi te vexas, vt ad alia, quæ minoris sunt momenti, attendam? *Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi,* quia ipse est salutare vultus mei, & *Deus meus quoniam ipse dabit,* vt in eius laudibus perseueres, nec tristis sis & abiectus, sed lætus & valde iucundus. Hoc spiritu excitatus Sacerdos, dicit statim versum illum: *adiutorium nostrum in nomine Domini: & respondet ei: Qui fecit caelum & terram,* vt omnes intelligant præcipuum in hoc opere auxilium venturum sibi à nomine & potestate Dei: vt non ponant fiduciam suam in carneo suo brachio, aut in propria industria; sed in sola divina gratia, & virtute crucis Christi; qua se signant, cum versum illum proferunt.

³ **ET** quoniam humilitas est fundamentum Sanctitatis, & quæ bonis actionibus nostris præbet initium; quia (vt Salomon dixit) *e iustus prior est accusator sui.* Statim Sacerdos facit generalem Confessionem: quæ opus quoddam est insignis humilitatis, facetur enim se esse peccatorem coram **DEO,** & quæque Sanctis, & hominibus, qui tunc assistunt, di-

³
c Proverb 8.
17.

cit enim Sacerdos : Confiteor vobis fratres ; & humiliter petit , vt o-
rent pro ipso , non solum Sancti , qui in caelo sunt , sed etiam ipsi
assistentes , cum dicit : & vos fratres , &c. Quod mox illi faciunt , dicentes
breuem illam orationem : Misereatur tui , &c. sed quoniam minores lequi
merito debent exemplum maiorum ; & maiores debent praecedere
minores : hinc est , quod caeteri assistentes Confessionem faciant gene-
ralem , fatentes , se etiam peccatores coram Deo , & Sanctis , & ipsomet
Sacerdote , peruntque ab eo , vt pro ipsis orer : quod & ipse facit o-
rationibus prolixioribus , petens a Deo remissionem peccatorum
pro omnibus : eius enim officium est , pro omnibus orare. Confessio
haec eo spiritu est facienda , quem in se continet : ita vt non sint
nuda verba , sed adsint interna sensa suae vilitatis & miseriae , ma-
gnusque dolor de omnibus suis peccatis cogitatione , verbo ,
aut opere admissis : ita vt sibi ipsi culpam tribuat , non alteri , per-
cutiens peccatum suum in signum contritionis , qua tundit & conterit cor
suum.

Sed & cum ab aliis petit pro se orari , id faciat humiliter , agnoscens
suam infirmitatem , & necessitatem , ob quam suorum fratrum auxilio
indiget : etiam si illi sint alia minores , aut ipso inferiores. Propterea enim
SANCTVS IACOBVS Apostolus dixit : d *confitemini alicuius-*
trum peccata vestra , & orate pro inimico vt saluemini. Quod vt praestent om-
nes , Sacerdos clara voce orat pro omnibus : illi que respondent verbum
illud : AMEN , quasi approbantes eius petitionem , & ostendentes ,
se desiderare , vt DEVS eam exaudiat , & omnibus concedat. Et sta-
tim Sacerdos orat secretò pro seipso , vt Deus omne peccatum ab ipso au-
ferat : vt cum animae puritate ingredi possit in sancta Sanctorum. Sed
huic secretae orationi praemittit clara voce verbum : *Oremus* : vt circum-
stantes intelligant , debere se etiam breui illo spatio orare secretò : vt Deus
omnes purificet , vt dignè possint coram Sanctis Sanctorum permanere , &
mysterio illi Diuino interesse.

§. II. *Missae Introitus, Kyrie eleison, Gloria in excelsis. &*
orationes.

PRÆMISSA breui praeparatione praedicta , inchoatur INTR O I-
T VS Missae , quasi proprium eius initium ; & ferè semper lumitur ex
aliquo psalmo. Tempore enim Apostolorum celebrationi huius
mysterij praemittebant fideles aliquos Psalmos , cantantes Diuinas laudes.
Vtebantur autem potius Psalmis , eò quòd (teste Sancto Dionysio com-
plectantur in se per modum laudum , quicquid Sacra Scriptura continet :

d Iacob. 4.

16.

4

I
Eccles. Hier.
rar. 6. 3.
De Constit
Mon. 6. 6
c.

De Conf.
Monast. c.
10.

inchoabant igitur eis ed quod (vt ait S. Basilius) deceat ingredi ad conspectum Dei, inchoare ab eius laudibus, priusquam noua petant beneficia: vt sic ostendant, se non tam proprij commodi causa vtentem quam ipsum, vt par est, honorandi & glorificandi. Introitum sequitur *Kyrieleyson & Christeleyson*: quod significat *Domine miserere, Christe miserere*. Quae voces repetuntur nouies, ter ad singulas Sanctissimae Trinitatis personas, petendo à singulis, vt nostri misereatur, & remittat omnia nostra peccata, quae cogitatione, verbo aut opere admisimus. Sacerdos inchoat & Minister respondet: quamuis apud Graecos totus populus Sacerdotem comitatur, idem quod ipse repetens: ad significandum, quam instantanter studere debeant omnes, hanc misericordiam à Deo petere: à qua omnis nostra felicitas pendet; & vt appareat, Deum non defatigari, etiamsi nos videamur importuni, eandem toties repetentes orationem: potius in eo sibi complacet; quia talis instantia nostra indicium est perseuerantiae, qua nos disponimus ad misericordiae eius effectus recipendos.

2

POSTEA sequitur Hymnus: *Gloria in excelsis Deo, &c.* cuius primae verba primi cecinerunt Angeli ipsa nocte Natalis Christi, cum ipse manifestauit se mundo; ex cuius aduentu magna secuta est gloria Deo in caelo, & magna pax hominibus in terra: quia caelum & terra contulerunt se in vnum, cum Deus factus est homo. Merito autem repetitur idem Canticum in hoc mysterio Missae, per quod Deo deferuntur summa gloria in caelo; & hominibus summa pax in terra: siquidem ipsemet Christus, qui in caelo est, ad terram descendit: vt hanc pacem communicet hominibus, eosque à terrenis ad caelestia eleuet, vt exultent cum Angelis, eoque perueniant, vt eodem bono fruantur, quo ipsi Angeli. Reliqua verba adiecit Ecclesia, suntque plena valde feruentibus affectibus laudum Dei, Adorationis, Actionis gratiarum, Petitionum, & obsecrationum, additis amoris titulis; vt, quod petimus impetremus. Quod si ipsa verba proferrenter cum sensu eius, quod significant: excitarent procul dubio teneros valde affectus erga tres Diuinas Personas, ad quas ipsa verba diriguntur.

3

Rub. 2. 4

Tomo. 1.
tract 3. c. 3.

Hoc Hymno absoluto, conuertens se Sacerdos ad populum, dicit *Domine vobiscum*, cui omnes respondent: *Et cum spiritu tuo*; quae verba erant communis & ordinaria saluatio antiquorum, quibus Booz suorum messorum salutauit, vt suo loco est dictum, Nec solam salutationis est verbum; sed etiam exhortationis: mones nos praesentiae Dei Domini nosse, tam eius quam habet cum omnibus, quia Deus est; quia n eius, quam petimus in Sacramento; optantes, vt sit cum omnibus etiam per gratiam & charitatem, & per intimam familiaritatem, implens quod promissit, cum

dixit.

dixit: *b* *Ecco ego vobiscum sum omnibus diebus: usque ad consummationem saeculi.* Cumque haec saluatio tam multa complectatur, eam Sanctus Dionysius appellat dignissimam, Sanctam, mysticam, ac caelestem. Estque summi momenti, excitare fidem ac desiderium huius praesentiae frequenter: & propterea octies in Missa repetitur, praecipue ante orationes, ne praesentiae Domini obliuiscamur; sed semper attendamus, quod sit nobiscum; & feruenter optemus, vt sit perfectissimo modo, quem ipsa verba significant. Nam S. Augustinus dixit; non omnes esse cum Deo eo modo, quo dixit Dauid; *ego semper tecum*: cogitando scilicet de te, diligendo te, meumque Spiritum simul cum tuo vniendo; neque Deus est semper cum omnibus eo modo, quo dicimus in Missa; *Dominus vobiscum*, assistendo scilicet, vt vobis faueat suaque dona & gratias comunicet. Expedi tamen studere, vt semper cum Deo simus, vt & ipse semper nobiscum sit iuxta illud, quod quidam Propheta dixit Israelitis; *c* *Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo.* Vtimum autem voce *Dominus* potius, quam alia: vt nos ad reuerentiam & timorem excitet; & quoniam Sacrificium offertur Deo, qua est rerum omnium Creator. huic enim nomini innititur titulus *Domini*; item: quia etiam propter Incarnationem & Passionem cepit nouo titulo noster esse *Dominus*; nos vero eius serui, redempti eius Sanguine: qui capimus esse eius possessio, vt nos per hoc Sacrificium possideat: in quo tanquam rem ipsius nos ei offerimus. Nec vacat mysterio, quod Sacerdoti dicenti: *Dominus vobiscum*, non respondeatur: *Et tecum*; Sed: *Et cum spiritu tuo*: quod verbum est maioris momenti, magisque spirituale: quasi respondentes optent: Dominum implere spiritum eius deuotione, vt magno feruore pro omnibus oret; ita vt eius oratio non solum lingua proferratur, sed multo magis corde & Spiritu.

STATIM autem Sacerdos profert verbum; *Oremus*, omnes exhortans ad orandum; & monens, vt cum ipso orent; & quod ipse omnium nomine oret. Ac propterea Missae Orationes vocantur *Collectae*: quia omnes fideles Spiritu sese colligunt ad orandum; & omnes coniunguntur vniione voluntatum ad idem petendum; & cum ipso Sacerdote sese coniungunt, ad petendam si nua eum eo, quod ipse nomine totius Ecclesiae pro omnibus petit. Ac propterea Sacerdos clara voce orat; vt omnes intelligant, quid petant: reliqui autem corde & affectu orare debent: optantes, vt Deus illum exaudiat; & quod petit, largatur: excitantes fiduciam suam, quae iocundatur promissioni ipsius S. Iuuaris dicentis: *d* *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcuque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in caelis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Quod ad litteram, vt dicitur, impletur in ipsa Missa: in qua fideles

b *Matth.*
28. 20.
Ecclesi. Hierarch. c. 3.

c *2. Par. 15. 2.*
In Duce
Spirit. tract.
1. c. 6.

d *Matth.*
19.

conueniunt cum Sacerdote, ad simul orandum: in quorum medio est ipse Christus Dominus Noster tanquam supremus Sacerdos, pro omnibus orans, & Sacrificium ipsum offerens, vt exaudiantur: & ipsa Ecclesia orat etiam per suam Ministrum, quæ Mater est multò prudentior, quam fuerit Mater filiorum Zebedæi. Quare orantibus cum illa non respondit Dominus: *e Nescitis quid petatis*; petit enim, ab ipso Christo induci quoddam expedit nobis petere ad seruandum ei, si illud obtinuerimus. Quare omnes rationes redundant stupendis affectibus & sensis: petunt enim bona spiritualia, & æterna; imò interdum etiam temporalia: eodem modo, quo talia petere licet. Ex quo fit, vt qui non intelligunt quid petatur in ipsis orationibus, quia ignari sunt latinæ linguæ, nihil meam amittant: debent enim tales cogitare, se esse coram Deo tanquam mutos & surdos; alios autem pro ipsis petere: quorum voces æquè exaudiet Deus, atque si ipsimet peterent. Sufficiat ergo eis, quod effundant cor suum in conspectu Dei, proponentes suas necessitates: vt ipse Dominus eis subueniat. Propterea enim dixit Apostolus: *f Spiritus suppleat locum ignorantie*, non intelligentis quid oretur: orat enim pro eo, eiusque cordis affectus promouet, vt communis orationis fructum consequatur. Non tamen negamus: quod idem Apostolus refert, eum, qui non intelligit quid oret, *carere speciali fructu & gustu spirituali*, quo afficitur, qui intelligit & attendit quid dicat: si enim effundat sese, idem ei est, atque si non intelligeret. Quamobrem deberent Sacerdotes valde esse attenti his orationibus: vt Spiritus Sanctus stupendam eis præberet spiritus reflectionem, quam per eas solet communicare.

DENIQUE omnes ferè orationes finiuntur obsecratione illa: *Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.* expressâ item mentione regni æterni duraturi: vt inde crescat feruor & fiducia, cum orationes innitantur meritis Iesu Christi, & speretur regnum æternum in eius societate. Et omnes respondent: *Amen*, hoc est: vtinam ita fiat, sicut petis, & ita verum est, sicut dixisti. In quo solo verbo continetur quidquid Sacerdos pluribus dixit, & tanto affectu verbum illud dici potest, vt non minus promereatur verbo illo prolato, quàm si protulisset omnia. Deus enim Dominus noster non tam verborum multitudinem respicit, quàm feruorem affectuum.

c. Mattheo 20.
22.

1. Cor. 14.
16.

versus 14.

§. III. Epistola, Euangelium, & Credo.

ORATIONIBVS primis finitis, sequitur pars quædam Missæ, quæ dirigitur ad docendum, & instruendum fideles; & vt noua motiua & causas ex ea accipiant, ad laudes Diuinas decantandas: Deoque feruenter offerendas suas orationes & Sacrificia. *Prima est lectio quædam scripturæ Sacræ ex Testamento Antiquo aut Nouo, exceptis Euangelis: & vt plurimum accipitur Lectio ex Epistolis S A N C T I P A V L I, & aliorum Apostolorum: quæ propterea appellatur Epistola. Cuius Lectio fuit vsu receptissima in primæua Ecclesia, & si fiat, vt oportet cum aliqua mora & sensu eius, quod legitur vel auditur, magnæ est utilitatis: eò quòd verba illa sint ipsiusmet Spiritus Sancti, qui ea solet in corde legentis vel audientis repetere, firmius imprimens sensum & spiritum, quo fuerunt scripta, & vt S. Gregorius ait, verba illa sunt instar litterarum, quas Deus mittit ad homines, vt suam eis voluntatem, & quid ab eis requirat, manifestet. & Subdiaconus vel Sacerdos, cum Epistolam legit in Missa, eam nobis manifestat, & monet de voluntate Dei. Ad vtrumque autem illorum pertinet eam legere, eum in modum quo in libro ESDRÆ dicitur, quod a *Leuita legerunt in libro legis Dei distinctè, & aperitè ad intelligendum: & intellexerunt cum legeretur. Flebat autem omnis populus, cum audiret verba Logis.**

ALII præ timore, attendentes, quàm malè fuissent executi, quod Deus iusserat, alij præ deuotione, optantes ei placere, quæ talia ipsis commendabat. Latet autem aliquod mysterium in eo, quod iubetur Sacerdos, quando Epistola legitur, ponere manus super librum: vt intelligat, debere se Lectionem cum operibus coningere; nec solùm legere, vt sistat in lectione; sed vt manum ad opus applicet, quod in ea commendatur. Sæculares autem, qui lectionem illam non intelligunt possunt interim orare Dominum nostrum, vt ipsis inspiret, & ad cor loquatur, quod ibi legitur; ita vt ipsemet sit Epistola viua, quæ ipsis loquatur: quod solet ipse facere in huiusmodi casibus & occasionibus. Ac propterea expedit, ei dicere sicut Samuel: *b loquere Domine, quia audit seruus tuus, quia vbi tu es, & mihi loqueris; non nocebit, quod non intelligam, quæ homines loquuntur.* Epistolâ finitâ, respondet Minister: *Deo gratias;* ostendens animi gratitudinem ob acceptum ab eo beneficium: quod bonam adeo refectionem nobis præbuerit in mensa Scripturæ Sacræ. Et propter eandem causam addit ipse Sacerdos verbum, *Alleluia,* quæ vox significat: *Laudate Deum,* & repetitur ter aut quater extra tempus iuctus: vt laudetur Deus propter seipsum, & bona quæ nobis confert.

Et

Lib. 4. Epist.
40.a 2. Esdr.
8. 8.

b 1. Reg. 3.

Et quamuis non semper ore proferatur: nunquam tamen est prætermittendum, ut ait S. Augustinus, quin corde dicatur: ut imitemur Dauidem dicentem: *Benedicam Dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo non tam corporis quam cordis & animæ.*

2.

MAIORI autem solemnitate ac deuotione legitur Sacrum Euangelium: cuius verba ore suo Sanctissimo protulit ipsum et verbum locutionum. Ac propterea excellentiam quandam & efficacitatem maiorem habent, ad docendum permouendum, alliciendum, & cor ipsum accendendum: de omnibus enim illis dicere licet: *d verba vite aeterna habet.* Et ipsemet Christus dixit: *verba qua ego loquor vobis spiritus & vita sunt.* Et ministri Phariseorum dixerunt: *nunquam sic locutus est homo.* Quamuis autem proprium sit Diaconi officium, Euangelium cantare in Missa solemniori; Sacerdoti tamen illi incumbit, cum legit Missam, magna cum reuerentia ac deuotione illud legere. Ad quod melius præstandam, præpetit à Deo gratiam & benedictionem, supplicans, ut quem ad modum calculo mundauit labia Isaia: Prophetæ: ita dignetur ipsius cor & labia purificare: *ut dignè possit eius Euangelium annunciare;* bonumque illud nuncium, ipsius nomine mundo adferre. Quæ oratione præmissa, aggreditur rem, præmittens salutationem illam: *Dominus vobiscum,* quam nens audientes, esse cum illis Saluatorem, qui dixit: *vos vocatis me discipulus & Domine, & bene dicitis: sum etenim.* Tunc autem adest præsens, & ingitur officio Magistri proponens auditoribus verba, quæ locutus fuit mundo; eademque loquitur ad cor eius: qui illa audit, ut oportet. Bene hoc est expertus Magnus ille Antonius, cum ingressus templum, audiens cantari Euangelium, in quo Christus loquebatur adolescenti cuidam dicens: *Si vis perfectus esse: vade vende omnia: quæ habes, & da pauperibus: & veni sequere me.* Quibus verbis ita Deus cor eius tetigit: ut statim opere impleretur, quod verba sonabant. Quo autem spiritu & legendum sit, & audiendum Euangelium, repræsentatur in ipsis caeremoniis, quæ adhibentur à legente, & audientibus. Ut autem utilitatem maiorem adferatur, curandum est, ut interius adsit ille affectus, quem verba indicant. In quo enim super ipsum librum formatur signum crucis, & postea in fronte, ore, & pectore: ad significandum: Euangelicam doctrinam esse Christi Crucifixi, & mysterium crucis, ac mortificationis; & quod non solum legatur, ut sciatur, sed ut menti infigatur & verbo, & opere, omnibus nostris affectibus exprimat: *hæc semper (ut ait Apostolus) mortificationes Iesu in corpore nostro circumferentes.* Ad finem Euangelij accipit Sacerdos librum in manus, & locum osculatur, in quo fuit crux formata: ad significandum amorem, quo tota illa doctrina sit amplectenda, & in medio cordis ponenda, executionique mandanda. Quod autem omnes illud audiant

In Psal. 106.
c Psal. 33.

In Ioan. 6.
69:6
c Ioan. 7.46.

In Ioan. 13.13

In Mat. 19.
21.

In Cor. 4.10.

stantes, significat reuerentiam & attentionem, animique promptitudinem quam par est habere, ad eam doctrinam excipiendam, & quod iubet exequendum. In fine tandem respondet Minister verbum illud: *Laus tibi Christe*, laudat enim Christum Dominum nostrum propter bonum Euangelij nuntium, & doctrinam quam nos docuit.

IN SIGNVM autem, quod credamus & acceptemus, quæ Christus nos docuit, & in iplo Euangelio audiuius, addi solet Symbolum Nicænum, in quo Fidei nostræ veritates sunt magis expressæ: quas expedit ita distinctè confiteri, vt interior nostra Fides magis excitetur, & protestemur nos eas credere: quia Deus eas reuelauit, & Ecclesia tunc proferendas proponit. Et quamuis dicatur, & audiatur à stantibus sicut ipsum Euangelium: quando tamen peruenitur ad mysterium Incarnationis, quod exprimitur illis verbis *Incarnatus est*: omnes flectunt genua: primùm ad Maiestatem Dei adorandam, propter illud beneficiorum beneficium, quod est fons cæterorum. Deinde, vt eadem nostra humiliatione confiteamur ipsiusmet Dei humiliationem, quâ seipsum demisit & abiecit, formam serui accipiens. Ac denique, quod (vt S. Basiliius ait) cum genua flectimus, & è vestigio surgimus, reipsâ protestemur, propter peccata nostra nos in terram occidisse; sed propter Dei misericordiam assurgere ad cælum & hoc nobis prouenisse ab ipsa Incarnatione nostri Saluatoris, qui seipsum, vt nos exaltaret, humiliavit. Euangelio & Symbolo finitis, solebat olim Diaconus dimittere Catechumenos, & reliquos, qui propter aliquod impedimentum non admittebantur ad Diuina mysteria: tunc enim propria illorum Missa finiebatur, quæ ad illorum instructionem dirigebatur. Circa quam expedit hic aduertere, ad consolationem Fidelium non intelligentium, quid in ea dicatur, eò quod omnia proferantur sermone Latino: Ecclesiam Catholicam ab Spiritu Sancto gubernatam, & ex traditione Apostolorum, prudenter ac sanctè (vt S. Concilium Tridentinum declarat) eum morem semper seruasse: vt Missa non legeretur lingua vulgari propter grauissimas rationes, quas habet ad eum seruandum: quas ego hic prætereo, Lectorem remittens ad Doctores, qui illas adferunt & itabiliunt: nostro autem instituto non sunt necessaria: nam Fidelibus, ad quos sermo noster dirigitur, sufficit autoritas Ecclesiæ, & maior reuerentia Sacrificio huic Sanctissimo debita quæ meritò præferri debet proprio cuiusuis iudicio, ac oblectationi; præcipuè cum eius linguæ ignari proprio suo fructu non fraudentur, si, quæ hætenus diximus, & quæ in proximo capite proponentur, præstiterint.

30

Lib. de Spiritu Sancto.
c. 17.

Sess. 22. c. 2.
c. 9.

CAPVT XII.

OFFERTORIUM, PRÆFATIO, CANON MISSÆ.
Consecratio, Elevation Sacra Hostiæ & calicis, & quædam in missa facienda auditoribus.

VANGELO SACRO ET SYMBOLO FINITUR. Interdum Sacerdos populum salutans dicit; *Dominus vobiscum.* Et: *Oremus*, exhortans eum ad orationem non clamo, sed submissa faciendam. Eadem enim Ecclesia Catholica, ut idem Concilium Tridentinum declarat, constituit ne tota Missa alta voce celebratur; sed magna eius pars submissa, ut à circumstantibus non percipiatur. Ita

in modum quo Christus Dominus noster, cum offerret crucentum sanctissimum Sacrificium in cruce, interdum orauit, & locutus est voce clara; interdum autem, & quidem diutius, secretò & quasi in silentio; sic præbet Ecclesiæ Sacerdotibus exemplum vtriusque huius modi orandi in Sacrificio Missæ. Et expedit interdum, submissa voce orare, imò sine vlla voce solo interdum spiritu: ut & seipos ad maiorem excitent deuotionem, & circumstantibus dent locum, ut & orare, & meditari secretò possint; habentque fructum, quem huiusmodi cum Deo colloquia adferunt. Ac propterea Concilium Colonienſe dixit: *tunc esse in Missa præcipuas populi partes quando submissus legente, aut tacente Sacerdote, vnusquisque cum Deo loquitur.* In certo quodam modo dicere possumus: fructum tum esse duplum: tum quia dupla oratio habetur: altera per ipsum Sacerdotem secretò pro omnibus orantem, & omnes cum eo; altera singulorum priuata & propria; & propter affectus deuoti cuiusque cordis; cumque vtraque sit secreta, non impediunt mutuò.

§. I. *Offertorium, Loto manuum, & Præfatio.*

I.
oblatio panis & vini.

a-Leuit. 24.
7.

TRIA PRÆCEDUNT Sacrum Missæ Canonem, tanquam præparatæ dispositiones ad Sanctum Sacrificium. Prima est oblatio, quæ offertur panis & vinum, quæ sunt consecranda. In qua oblatione dicuntur aliquæ orationes valde teneræ, deuotæ, ac sanctæ à Sacerdote quasi spiritualiter a *habente in manibus thuris lucidissimum, & Panem Propositionis*, qui in mensa Domini offeruntur. Et quamuis Sacerdos satisfaciat orationes illas et affectu dicens, quem ipsa verba insinuant, bene ad ea

tentus: sed magis adhuc specialiter cum accepit Patenam cum Hostia in manibus, debet spiritualiter in ea cor proprium ponere, & corda omnium circumstantium imò & omnium Fidelium: ut ea etiam Deo offerat cum maxima cellissima intentione; quod quemadmodum hostiam illam offert, quæ est purus panis, ut eius substantiâ destructâ conuertatur in corpus ipsius CHRISTI: ita cor suum & omnium Fidelium offerat, ut in eis destruat quicquid terrenum est & conuertat ac per amorem & imitationem transformet in ipsum CHRISTVM: ita ut desinant esse, quod erant, & viuere more antiquo: incipiant autem esse & viuere sicut ipse omnium redemptor. Et qui MISSÆ assistit, debet etiam hoc Spiritu proprium cor cum omnibus suis facultatibus & sensuum motibus CHRISTO Domino nostro offerre: supplex orans, ut eos per amorem & imitationem in suos conuertat, & transformet: ut dicere possit cum Apostolo: *in uisionem ego, sed uiuit in me Christus.*

Idem faciendum est, cum Calix offertur: in quo modicum aqua admiscetur uino, ad significandam coniunctionem Sanguinis & aqua fluentis ex latere CHRISTI Domini nostri in cruce pendentis; & unio nem populi Christiani per aquam significati, cum CHRISTI Sanguine, quem uinum significat. Quæ mixtio eo spiritu est facienda, ut desideret Sacerdos immergere seipsum in abyssum SANGVINIS IESU CHRISTI, sicut aqua illa mergitur & conuertitur in uinum: & similiter quemadmodum aqua sola nunquam potest consecrari, sed simul cum uino consecratur: ita anima nostra suæ naturæ relicta, nunquam poterit ad unionem cum DEO peruenire, nec æternam vitam consequi: coniunctæ autem cum CHRISTO, ex eius uirtute, omnia erunt possibilia.

Hæc oblatione factâ, lauat Sacerdos extremitates digitorum, quibus tractaturus est Hostiam consecratam; dicitque uerba illa Psalmi: *Lauabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine, ut audiam uocem laudis tue, &c.* & ita protestatur, se uelle seipsum coniungere hominibus mundis ac puris, ut mundè ac purè uiuat: quod si opera sua aliquo modo maculentur, studeat statim ea abluere. Cum autem ipse Sacerdos manus suas aliàs lauerit (ut intelligatur, quod sit à grauioribus mundus) tunc solum lauat digitorum extremitates, significans (ut SANCTVS DIONYSIVS aduertit) desiderium se purificandi etiam à culpis leuioribus: præcipuè si in aliquas esset lapsus post Missam inchoatam; & hoc spiritu Loto hæc adhibetur.

b Gal. 2. 20.

2.
oblat. Cali
cis.
S. Tho. 3. p.
27. a. 6.

3.
Loto. ma
nuum.
c. P. sal. 25. 6.

Hierar. Ec
cl. c. 3.
S. Tho. 3. p. 9.
83. a. 5. ad 5.

4.

SED quoniam non multum tribuit, nec fidit suæ puritati; veritas populam dicit: *Orate Fratres*, &c. petens ab eis, vt orent Deum, vt Sacrificium, quod ipse & illi offerunt, acceptet. Respondetur autem illi quædam oratione, quam dicit Minister; & omnes adstantes magis eandem spiritu dicere deberent: *Suscipiat Dominus Sacrificium de manibus tua ad laudem & gloriam nominis sui ad utilitatem quoque nostram, totius Ecclesie sue sancte*. Et in his spiritualibus sensus expendi potest tempus illud, quo Sacerdos quasdam orationes secretas pro omnibus dicit.

STATIM Sacerdos incipit ipsam Præfationem quæ cor præparat ad leuandæ ad laudes Diuinas proferendas; vt magna cum deuotione Sacerdos sanctum ipse inchoet Sacrificium; totusque ferueat deuotione in duobus præcipuè affectibus, quos Apostolus appellat *Orationem & gratiarum actionem*; per orationem intelligens affectum eleuandi spiritus ad Deum: quare statim Sacerdos dicit: *Sursum corda*; & omnes respondent: *Habemus ad Dominum*. Attendant itaque circumstantes, quo spiritu audiant exhortationem, qua monentur, vt corda sursum eleuent; & quæ verè ipsi respondeant: iam habemus ad Dominum: esset enim peccata corda tunc habere in terram abiecta. Eleuet itaque primus Sacerdos cor suum ad Deum; & reliqui sequantur, sua singuli eleuantes: non propriis viribus innitentes: quia sic non euaderent compotes voti; sed virtute Domini id iubentis. Iuxta dictum S. Augustini: illud, quod inter sancta mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuante id valeamus; quæ iubente, admonemur. Et hoc spiritu licebit dicere: Da mihi, Domine, quod iubes, & iube quod vis. Statim Sacerdos exhortatur adstantes ad gratias Deo agendas; cui responderetur iustum id esse; & ita ipse inchoat omnium nomine actionem gratiarum verbis teneris & amplissimis, dicens: *Verè dignum & iustum est, æquum & salutare: nos tibi semper & nunquam gratias agere*; quemadmodum faciunt Angeli, Cherubini, & Seraphini quibus se omnes coniungentes, ipsorum Seraphinorum canticum dicitur quod audiuit Isaias; & quatuor animalium: quæ audiuit S. Ioannes, dicens: *e Sanctus, sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth*. Quibus conuenitur Trinitatem Diuinarum Personarum, & perfectionem, de qua proximè gloriantur: hoc est earum sanctitatem. Nam (vt Sanctus Ambrosius ait) nihil preciosius inuenimus, quo Deum prædicare possimus, nisi vt Sanctum appellemus. Cum hoc cantico coniungitur illud Habacuc: *Ecce cadent rami & sternentur in via*, cum Christum Dominum nostrum venientem in Ierusalem (vbi ipse postea obtulit crucentum suum pro ipsius Sacrificium) exceperat & clamabant dicentes: *benedictus qui venit in nomine Domini*. Quæ verba addenda sunt in ipsa Missa, coniungendo eos in aduentum, quo ipse Dominus vult ad Sacramentum venire, vt

d. Phil. 4. 6.
In præfatione
no quid faciendum.

De bono viduit. 6. 17.

e. Isai. 6. 3.

Apoc. 4. 8.
Li. 3. de Spiritu S. c. 18.

f. Mat. 21. 8.

ipso Sacrificio offeratur. Pro quo beneficio, ei benedicimus, petentes, ut
suae redemptionis fructum nobis applicet, & nos saluet.

§. II. Canon & que ad vltimam Sacrae Hostiae Elevationem.

PRAECIPVA Missae pars, quae ad substantiam Sacrificij vsque ad e-
ius communionem pertinet, incipit à Canone, hoc est à Regula, quae
seruanda est in eius oblatione: Qui vt Sacrum Concilium Triden-
tinum deficiat, nihil omnino continet, quod non maximè sanctitatem,
ac pietatem quandam redoleat; mentesque offerentium in Deum erigat,
vt cum eo coniungantur. Cum autem hoc spectet ad ipsos Sacerdotes:
prius agemus de ijs, quae illorum sunt propria; & postea de pertinentibus
ad circumstantes,

IN PRIMIS, pars Canonis praecedens ipsam consecrationem, est o-
ratio quaedam deuotissima, habens omnes partes necessarias, vt sit perfe-
cta. Is enim, quem Sacerdos orat, est Pater aeternus, cum quo Filius &
Spiritus Sanctus sunt vnus Deus: ac proinde, quod ab vno petitur, simul
petitur ab altero. Praecipuus autem Mediator est Iesus Christus Dominus
noster, Filius eius vnigenitus; cui etiam coniunguntur alij intercessores,
inter quos commemoratur Virgo Sanctissima, Sancti Apostoli, & aliqui
Martyres; & in genere omnes Sancti. Quae petuntur sunt excelissima:
acceptatio scilicet Sacrificij, quatenus provenit à Fidelibus illud offeren-
tibus; & applicatio fructuum & effectuum eius ijs omnibus, pro quibus
petitur & offertur: hoc est in genere pro tota & vniuersali Ecclesia, Sum-
mo Pontifice, Episcopo, Rege, & omnibus Fidelibus; nominatim pro
assistentibus siue circumstantibus: permittitur praeterea Sacerdoti, vt in
ipso Memento oret nominatim, imò offerat Sacrificium pro quo volet:
quod ei licet facere vocaliter sicut reliqua dicit, aut mente tantum. Tunc
enim non tam agit publicum Ecclesiae Ministrum, quàm priuatam per-
sonam: potestque eum orandi modum sibi eligere, qui suam deuotio-
nem magis excitet. In hoc Memento reuocandae sunt in memoriam per-
sonae, & necessitates, pro quibus Missa offertur: ad has septem illas redu-
cendo. Vt in primo loco sint speciales necessitates eorum, pro quibus re-
netur ipsam Missam offerre. In secundo autem necessitates Ecclesiae, Ha-
eresibus, Schismatibus, alijsque calamitatibus oppressae. In tertio Ecclesia-
sticus Status, qui continet Summum Pontificem, Cardinales, Episcopos,
Sacerdotes, &c. In quarto Status Religiosus. In quinto Status Secularis, in
quo continentur Rex, Magnates, Iudices, Gubernatores & omnes Ciues,
& nominatim loci illius, in quo Sacerdos habitat. In sexto necessitates pa-
rentum, fratrum, aliorum cognatorum, & amicorum: imò, vt charitas
magis effundatur, etiam pro inimicis est orandum. In vltimo loco po-

I.
Pars prior
Canonis
quid dicat.

Pro quibus
Sacerd. Sa-
crific. offerri
possit.

nūm necessitates ipsiusmet Sacerdotis. Et in singulis his rebus applicari potest Sacrificium in tres fines, quod habet ad nostram utilitatem; hoc est in gratiarum actionē pro acceptis beneficijs; in satisfactionē pro admittis peccatis; & ad novas gratias & beneficia impetranda; aut ad nos liberandos à malis spiritualibus, & temporalibus incommodis; aut ad concedendum nobis augmentum contrariorum bonorum. Neque est cur in ordine omnium horum seruando hæreatur; potius enim spectanda est intentio offerentis; & Sacrificium per modum impetrationis est institutum, & valet ad omnia.

modus offerendi sacrificii.

S A T I S F A C T I O autem applicanda est illi, pro quo Sacrificium offertur: absque cuius tamen præiudicio, potest reliquis omnibus illud applicari in eo gradu, & eo modo, quo Dominus noster nouit fieri posse. Praxis autem talis esse potest; Pater æternè, offero tibi hoc Sacrificium vnitum & incorporatum ei, quod redemptor meus in nocte Cænæ, & in ipsa cruce obrulit; ad gloriam sanctissimi eius nominis, & in gratiarum actionem propter omnia beneficia in me collata ab hora, qua mundum & me ipsum creasti vsq; in hanc præsentem; & in satisfactionem pro omnibus peccatis, quæ admisi à tempore quo peccare cœpi, vsque in hanc horam; & per infinita Jesu Christi Domini nostri merita supplex oro, omnia mihi peccata condones, & ab omnibus miserijs meæ spiritualibus & temporalibus eripias; concedas verò omnia bona corporis & animæ, quæ ad tibi magis seruiendum mihi expediunt; ac denique perseverantiam in gratia & amore tuo, donec ad tuam gloriam perueniam Amen.

H V N C in modum potest eadem oblatio fieri pro re quacumq; ex superioribus positis; descendēdo ad particulares necessitates, quæ amplius premitur. Multò tamen erit commodius totam rem hanc expedire, cum se præparat Sacerdos ad Missam legendam, antequam illam inchoet; & postea in ipso Memento remittere se ad ea, quæ præparauit; vt aliquid temporis sibi superfit, in quo possit mentaliter agere cum Deo suo, agnoscens magnam suam miseriam, & indignitatem; & offerens spirituale quoddam sui ipsius Sacrificium, quo desideret totum se in Diuinum ipsius Dei obsequium impendere; & eidem supplicans, vt speciale dignetur subsidium dare ad hoc ipsum opus ita præstandum, vt illi placeat. Alium quemdam modum oblationis proponemus inferius, cum agemus de precatōne Dominica.

2.
Consecratio quib. a hostia peragenda.

A C C E D E N T E iam tempore Consecrationis, induere debet Sacerdos animum valde confidentem ac generosum, cum magna tamen reuerentia coniunctum, quasi qui ipsiusmet Christi Domini personam gerere debeat. Prolatis verò Consecrationis verbis, debet oculis Fidei penetrare

ad id quod latet in ipsa Sacra Hostia, quam manibus tenet. Et quamuis tunc non sint exterius verba proferenda, prater illa quae in ipso Canone designantur. licebit tamen interne cum ipso redemptore loqui varijs modis & affectibus: nunc sicut sanctus Petrus mente cogitando: a *Tues Christus Filius Dei vivi*; nunc sicut sanctus Thomas: b *Dominus meus & Deus meus*; aliquando sicut pueri Hebraeorum: c *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Et Possibile est, quod ego in manibus meis Salvatorem meum habeam? unde mihi tantum boni, vt in manibus meis eum habeam, qui me tenet in suis? Si aded beatus censetur fuisse Simeon, quod in vlnis suis Salvatorem infantem acceperit: quomodo non ego hoc nomine felicissimus ero, qui in manibus meis eum habeam, qui est in caelo? Cum autem Sacram Hostiam manu tenens, genua flectit: Dominum hunc adorare debet aded profunda reuerentia, vt cor suum vsque ad ipsam abyssum humiliter, quasi desiderans, in terrae profundum descendere, ob tanta Maiestatis reuerentiam. Et memor eius, quod supra dicebamus, quod Angeli descendant e caelo vt huic Domino in Sacrificio adsint: cogitare debet; in eo momento se circumdari Angelorum exercitu; & simul cum illis adorare & laudare communem omnium DOMINUM & creatorem.

Et quando ipsam Hostiam Sacram sursum eleuat: id faciet, nunc cum sensu doloris, & lachrymis; memor Dominum eundem propter ipsius peccata fuisse in cruce eleuatum, & ab omnibus contemptum; nunc idem faciet affectu quodam gaudij, & gratitudinis, quod ipsam Hostiam eleuet, vt honor ipsi Domino deferatur, & ab omnibus adoretur, quasi in compensationem praeteritorum contemptuum. Alias potest etiam in memoriam reuocare, quod idem Dominus dixit: d *ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipsum*: & eundem Dominum orabit, vt dignetur ipsius cor a terra ad caelum eleuare, vbi ipse ad dexteram: Patris sedet. Et alia cum Hostiam supra caput suum eleuat, profiteri debet magnam aestimationem, quam de ipso Domino habet, quem super omnia creatura eleuat, iuxta Prophetiam superius allatam: e *erit placenta tritici in capitibus sacerdotum*. Praeterea tanto amoris affectu Sacram Hostiam in suis manibus habere debet: vt sentiat aliquid doloris in corde, quod eam debeat in altari collocare: sicut virgo Sacratissima aded tenero amore filium suum amplectebatur, vt vellet nunquam a se dimittere; nec quidem in praesepio, aut cunis collocare. Quamuis affectu summae humilitatis, indignum se iudicans, qui illum in suis manibus teneat, ponat super Corporale. Eisdem verò pijs affectibus Consecratio & Eleuatio Calicis est peragenda.

Trid. Sess. 22
statim post
canones

a. Mat. 16.
16.

b. Ioan. 20.
28.

c. Mat. 21. 9

Eleuatio
quomodo
peragenda.

d. Ioan. 12.
13.

e. 3.

ALTERA pars Canonis vsque ad Precationem Dominicam, est quædam alia pijsissima oratio, quæ tria complectitur. *Primum* est, oblatio quædam eiusdem Domini, qui præsens adest in memoriam Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis eius ad cælos: in qua orandus suppliciter æternus Pater: vt Sacrificium hoc, quæ parte à nobis procedit, acceptet sicut Sacrificium quod obtulit Abel, Abraham, & Melchisedech: nostræ orationes per Sanctos eius Angelos in ipsius conspectu præsententur: vt omni benedictione cælesti, & gratia repleamur quotquot Diuini huius Sacrificij participes erimus. *Secundum*, quod illa oratio complectitur, est oblatio pro defunctis in purgatorio existentibus, Ideoque Sacros in secundo Memento, in quo defunctos commemorat, primo locum defunctum collocare debet, pro quo Sacrum celebrat; & postea parentes, amicos, & benefactores; & aliquando meminisse poterit amicum, quæ diutius in purgatorio patiuntur, aliquando earum, quæ in quasi desertæ, & pauciora habent suffragia, aliquando earum, quæ Deo vehementius amant, magisque anxie eum videre desiderant; aliquando earum, quæ in proximo sunt vt liberenter, vt citius boni sui desiderii compotes fiant. Neque est alienum, vt in eodem Memento colloquantur aliquantulum cum Deo suo, ac denud se offerat eius obsequio; excipit in se affectus pios supra insinuos. *Tertium*, quod eadem oratio complectitur, est pia quædam petitio, quam Sacerdos pro se & pro omnibus facit. In cuius signum percutiens suum pectus, voce clara dicit illa verba: *his quoque peccatoribus*, supplex orans Deum, vt nos admittat in societatem & in partem Apostolorum, & Martyrum eius, quorum aliquos in particulari exprimit.

§. III. *Quid eodem tempore faciendum iis qui Missæ interfunt.*

VENIAMVS nunc ad eos, qui Missæ interfunt, vt sciant, quid sit faciendum à principio Canonis vsque ad Pater noster; neque enim decet eos interea esse otiosos. Cum enim & ipsi sint offerentes: debent Sacrificium ipsum offerre, & orare mente, aut etiam voce, vt liberentur: ita tamen, vt si voce orent, id faciant submissè: ne Sacerdotem ipsi aut quos propè se habent, impediunt. Nam (vt S. Bonaventura ait) *missa* cauta & imprudens est oratio, quæ cum sit vna, multas impedit, & cum ipsa tepida feruentes retardat. Possunt igitur *primum* in vtroque Memento Missam offerre pro eisdem personis, eisdem necessitatibus, & in eodem fines, sicut faciunt ipsi Sacerdotes: quemadmodum supra est dictum est enim magnæ charitatis actus, pro omnibus orare. Et Apostolus omnibus Fidelibus lequebatur, cum dixit: *a* *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus*

Secunda
pars Cano-
nis quid
somp. 2. a.
sur, & quid
in ea facien-
dam.

In speculo. c.
10.

1.

at. Tim. 2. 1.

omnibus: pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt. &c.

DEINDE possunt eodem tempore breues aliquas habere meditationes, & considerationes mysteriorum Passionis Christi: quæ ibi ob oculos nobis proponuntur. Quod si quotidie Sacro interfint: possent ipsa mysteria distribuere per dies hebdomadæ, hunc in modum. Die *Dominico* quisque consideret mysteria, quæ fuerunt in Horto, tristitiam scilicet Christi Domini nostri, Orationem ternam ad Patrem suum, Sudorem sanguineum, Apparitionem Angeli, & Cõprehensionem; ita vt breuem horum omnium commemorationem faciens, offerat æterno Patri, quod eo in loco eius Filius ei obtulit; & oret, vt nos participes faciat virtutum quas ibi exercuit; & bonorum, quæ nobis comparauit. *Feria Secunda*, consideret mysteria illius noctis, quæ gesta sunt in domo Annæ, & Caiphæ, vbi fuit velatus, consputus, colaphis cæsus, irrisus, & damnatus, quasi dignus esset morte. *Feria tertia* consideret, quod fuerit deductus ad Pilatum & Herodem: vbi fuit pro stulto habitus, & alba veste, in contemptum & irrisionem indutus. *Feria quarta*, quod fuerit minoris æstimatus, quàm Barrabas, & ad columnam flagellatus. *Feria quinta* consideret Coronationem spinarum, & *Ecce Homo*. *Feria sexta*, quod exiuerit baiulans sibi Crucem, in qua fuit affixus *Sabbatho* consideret reliqua in Cruce gesta, donec exspirauit Christus, & sepultus est.

Sed est tertius alius modus, vtiliter valde expendendi tempus illud: in præparatione scilicet ad spirituales Communionem, quæ merito fieri debet semper, cum assistitur Missæ. Quæ præparatio præcipuè cõsistit in actibus perfectissimis triũ virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, & Charitatis, circa præens mysterium, & fructuũ qui ex eo procedunt. Neq; enim aliud est spiritualiter communicare, quàm ipsum Christum Dominum nostrum talibus desiderijs & affectibus spiritualiter intra seipsum accipere: vt in ipso nostro spiritu affectus aliquos operetur eorum, quos efficit, cum Sacramentaliter sumitur. Quem in finem meminisse oportet trium modorum, quibus Christus Dominus noster sanitate a grotis conferebat, & alia miracula edebat. *Primus* enim modus erat, cum tantum volebat, aut iubebat fieri. *Secundus*, cum transiret, tangens manu infirmum, aut permittens se tangi, vel saltem fimbriam vestimenti sui. *Tertius*, cum implemer veniebat ad domum infirmi, aut ipsius auxilio indigentis, & ibidem aliquantulum permanebat. Eum in modum idem Christus Dominus noster in Eucharistia existens, potest necessitatibus nostris subuenire tribus alijs viis siue rationibus, modò adsit in nobis Fides, & fiducia in eius omnipotentia. Quamuis enim accedat, vt hõspitio excipiat ab ipso communicante: potest tamen vel sola sua voluntate locupletare aspicientem ipsum, aut tangentem. Hoc præiacto fundamento, tempus, ante ipsam e-

2.

*Mysteria
Passionis in
canone
considerans.*

3.

*Tribus mo-
dis Chr. in
Euch. existens
pot. necessitatibus
humanis
subuenire.*

b. / sai. 64. 1.
c. / psal. 84. 8.
In e. / uatio-
ne qu. / d. agē-
dum.

c. Num. 21. 9.

d. / psal. 34. 3.

e. / Cant. 2. 10.

f. / psal. 54. 7.

leuationem, expendendum est in edendis & concipiendis sesuentibus de-
siderijs Dominum hunc videndi: eum in modum, quo Regem venturum
& ciuitatem ingressurum omnes audiverunt expectant. Et tunc alia
verba & sententiæ dici possunt, quas antiqui Sancti M. Ioseph aduentum
peccantes, dicebant: *vinam dirumpes caelos, & descenderes! veni Domine*
& noli tardare, vt dimittas peccata populi tui: c. ostende nobis Domine
misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Quando Sacra Hostia eleuatur
exercere debet fides egregios suos actus, credendo, venerando, & ad-
orando Dominum in ea latentem, atque si corporis oculis ipsam videt
ac dicendo: *Tu es Christus filius Dei viui, Deus meus & Dominus meus,* quia
hoc Sanctissimum Sacramentum venisti; ego te adoro Saluatorem meum
& benedico, ob immensam gloriam cum qua venis, licet te etiam & oratam
tam spes etiam suos actus exercere debet, sperans, quod vel talis op-
tus sufficiat ad hoc, vt spiritualibus benedictionibus repleatur. Et quia
admodum *c. percussa a serpentibus* valde solliciti & auidi accedebant, vt *at-
tentent serpentem anem,* pendente in ligno quodam: quia illo aspectu iu-
bantur: ita qui Sacro interest debet cum huiusmodi affectu aspectum
pectare illius Domini, qui in altum est eleuandus, ad presentandam
in cruce eleuationem; & credere & confidere de eius Omnipotentia
quod hoc loco possit ipsum saluare; & cum hac fide potest dicere illud
Dauidis: *d. Dic anima mea: salus tua ego sum;* id enim sufficit, vt sanetur
anima mea. Charitas etiam exercere debet actus suos, nunc dolendo
quod suis peccatis in causa fuerit, cur dilectus hic suus fuerit in cruce
uatus, totumque sanguinem suum effuderit, nunc gaudente, quod om-
nes eum adorent, & reuerentur; tum optando ipsum in viscera sua tra-
mittere; & cogitando, hunc Dominum ipsi dicere illud canticorum
e. surge, propera amica mea, columba mea & veni ad foramina petre, vulnere
scilicet mea, & habita in *cauerna maceria* scissura scilicet lateris & cordis
mei: cui magno affectu respondere potest: *f. Quis dabit mihi pennas sicut co-
lumba, & volabo & requiescam, intra ipsum cor tuum!* O dulcissime Iesu, qui in
altari lateris, immenso plenus igne, proijce prunam aliquam in animam
meam, vt eam purificet, accendat, & amore tuo inflammet ad eum, vt possit
esse digna tui habitatio. His & alijs similibus affectibus expendi potest
ceterum tempus vsque ad precationem Dominicam: aspiciendo ipsum
Christum Dominum nostrum in altari existentem, & exercendo tres actus
Sacrificium comitantes: nunc affectibus actionis gratiarum, nunc satis-
factione pro peccatis, ac denique recentium gratiarum petitione.

CAPVT XIII.

PRECATIO DOMINICA, ET SEPTEM BREVES
Considerationes, pro ipsa Missa.

OST SECUNDAM SACRÆ HOSTIÆ ELEUATIONEM, dicitur à Sacerdote Precatio Dominica, ex traditione Apostolorum, quos ait S. Hieronymus, id à Christo Domino nostro didicisse: cuius autoritate ac doctrina audemus illam dicere, sicut hic constituit Ecclesia. Estque optima occasio id hic faciendi: in septem enim petitionibus huius orationis continentur summatim res omnes à Deo petendæ, & ad quarum impetrationem Sacrificium Missæ est offerendum. Et ipsemet Christus orat cum Sacerdote, & cum reliquis illam dicentibus. In Ecclesia Græca omnes circumstantes eam dicunt, vt S. Gregorius testatur: in Latina autem solus Sacerdos, nomine omnium, cuius signum est quod Minister omnium nomine respondeat vltimam petitionem. Estque valde conforme Spiritui Christi, vt omnes eandem orationem cum Spiritu dicant: perpendentes & sentientes ea, quæ petunt; & offerentes ipsam Missam ad ea impetranda. *Primum*, vt nomen Dei Trini & vnius, & nomen Iesu Christi sanctificetur in toto mûdo; & credatur, & venerationi sit omnibus etiam infidelibus; ei seruiatur, & adoretur opere ipso ab omnibus Christianis, & sanctificetur ab omnibus iustis in terra, sicut fit ab Angelis in cælo. *Deinde*, vt eius regnum ad nos perueniat, ita vt ipse in omnibus regnet per gratiam & charitatem, & omnes regnent cum ipso in regno cælorum, glorificati in animabus & corporibus. *Tertio* vt eius Diuinam voluntatem exequamur quoad omnia præcepta & consilia, cum ea puritate & perfectione, qua id Angeli & Sancti in cælo præstant: conformantes nostram cum ipsius voluntate in rebus omnibus, prosperis & aduersis. *Quarto*, vt nobis hodie quotidianum panem & ordinarium largiatur, pro anima & corpore: præcipue tamen animæ refectionem per vias & modos, quos ipse Dominus nouit; & speciatim per Sanctissimū hoc Sacramentum, quod iam præsens est; & verus panis est super substantialis, quo ipse nos alit. Cum autem dicimus: *da nobis hodie*, videmur petere, vt in ipsamet Missa panem hunc nobis det Sacramentaliter, aut saltem spiritualiter, communicando nobis ipsius Sacramenti fructum. *Quinto*, vt nostra omnia debita dimittat, tam culparum, quàm pœnarum: quarum propter illas rei sumus, modo superius dicto. *Sexto*, ne permittat nos labi aut impingere in tentationes, quibus Dæmon, mundus, & caro nos

Lib. 3. contra Pelagianos.

Lib. 7. Epist. 63. In oratione Dominica quid petendum.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

Sept. breues
considerat.
n. p. at.
admissa.

Bene ad
ag. ul.
v. dom. d.
commoda
a.

1.

Christus D.
consideran
ut sanctiss.

1. Leuis. 11.
+4

1. Ioan. 17.
16.

2.

ut Rex.

c. Rom. 14.

17.

d. Enc. 17.

21.

3.

1. ut omniu
Creator.

oppugnant; sed potius ita nobis auxilio suo adsit, vt cum vtilitate eas ex-
a. nus. septimo, vt nos ab omni malo corporali & spiritali, temporal.
eterno eripiat ac liberet. Quod magis exprimit achue Sacros. lubia
gens statim secretam quandam orationem, qua petit, vt nos liberet ab om-
nibus malis prateritis, presentibus, & futuris.

AD hos septem fines potest ac debet dirigi Sacrificium Missae
orationes, de quibus licet facere septem breues considerationes, ad Mi-
sam bene audiendam; distribuendo illas per septem hebdomadae dies
aspicientes Dominum nostrum cum septem excellentiis, quas septem ha-
petitiones nobis ob oculos ponunt.

D I E Dominico considerandus est Christus Dominus noster in Sa-
ctissimo Sacramento, qua Sanctus est, & ipsamet Sanctitas cum omnibus
virtutibus ac perfectionibus, quas complectitur: propter quas dignissi-
mus est, qui ab omnibus sanctificetur, & Sanctus habeatur. Ac propter
ea optandum, vt omnes illum sanctificent; & ex animo gaudendum quod
plurimi id faciant. Supplicabis etiam, vt partem aliquam suae Sanctitatis
tibi largiatur, qui dixit: *a Sancti estote: quoniam ego Sanctus sum*; Cum igitur
ipse ad Sacramentum veniat cum tota sua Sanctitate, vt eam ipsum iusti-
pientibus communicet: titulus is tibi erit magnus, vt petas, te ab eodem
sanctificari. Profer quoque quod vltima coena ipse dixit aeterno suo Patri
Pro eu Sanctificauit meipsum, vt sint & ipsi Sanctificati in veritate. O Sa-
uator mi qui in hac ipsa Missa te sanctificas, & in Sacrificium offers; ro-
quæso sanctifica sanctitate, quam habes: vt sanctitas mea sit in veritate,
& in omnibus valde similis tuae, vt cum ea glorificem & sanctificem te.

F E R I A secunda licet eundem Dominum in Sacramento intueri quasi
Regem, venientem cum toto suo regno, vt ingrediatur in ipsum commu-
nicantem. Perpendes autem stupendas huius Regis proprietates, sapien-
tiam bonitatem, affabilitatem, & liberalitatem, qua subditos suos regit
& innumera eis confert beneficia: Ac propterea dum venit, ducit lectum
suum regnum: quod est *iustitia, pax, & gaudium in spiritu Sancto*. quod
statim communicat, vt sit pignus quoddam & cautio, quod suo tempore
etiam sit daturus regnum ipsum gloriae. Et in virtute huius Sacramenti
impletur, quod ipse dixit: *regnum Dei intra vos est*. O Rex lupreme, cen-
tu ipse intra nos sis: certum est, & regnum tuum simul intra nos esse. Clari-
gitur, vbi Rex est etiam sit aula Regia: aulici quoque tui caelestes tecum
procul dubio aderunt. Veni quæso Domine in animam meam; vt in eam
ingressus, in tuo eam regno colles, & ipsa tecum regnet in aeternum.
Amen.

F E R I A tertia eundem Dñm licet aspiciere in Sacramento, tanquam abso-
lutum caelorum & terrae Dominum, cuius volutari omnes subijci debent.

eò quod

ed quod ita sit vniuersalis omnium Creator, vt ab eo omnia accipiant esse quod habent. Debes itaque hærere in considerandis huius Domini proprietatibus, cuius Dominium non tyrannicum est, sed paternum; non graue, sed lauale, non iubet aliquid impossibile, sed quod facile est, & iucundum. Nam ipsemet auxilium præbet ad exequendum: & quamuis libenter videat omnes exequi ipsius voluntatem: id tamen facit ob nostram vtilitatem: eò quod voluntas eius regula sit totius Sacramentis; & admirandis præmiis seruos illos remunerat, qui eam cum perfectione implent, sicut in cælo impletur. Ac propterea ipse è cælo descendit in Sacramentum: vt qui illum recipit in ipso Sacramento, viuat, sicut qui sunt in cælo. O Domine Deus virtutum, aptè nunc mihi licet dicere: *fiat voluntas tua in terra, sicut in cælo*: quandoquidem præsentia hac tua in cælum eos conuertis, qui degunt in terra. Veni ò Domine vt me in hominem transformes cælestem: vt ita voluntatem tuam faciam, sicut Spiritus faciunt cælestes.

FERIA quarta licebit eundem Dominum aspiciere, tanquam vniuersalem omnium creaturarum prospectorem, qui admiranda sua prouidentia vnicuique suum præbet necessarium alimentum, e *aperiens manus suas, vt impleat omne animal benedictione*. Attende & considera proprietates supremæ huius prouidentia, qua Deus omnibus dat hoc alimentum etiam vilissimis, & nullo prorsus excluso; datque omnibus diebus nullo excepto; & ita liberaliter, vt multum adhuc supersit; nec solum animæ, sed etiam corpori, cum ea proportione, quæ conuenit vnicuique. Considera item infinitas excellentias panis huius, quem hic habes præsentem; quem etiam si valde pretiosum, vult tamen esse ordinarium tuum alimentum: ac propterea illum vocat *panem quotidianum*. Ad eòque est benigna & humana eius prouidentia, vt ipsemet illum adferat, te inuitet, & sit ipsum conuiuium, & seipsum tibi tradat in Sacramentum; manuque propria sua animæ tuæ præbeat refectionem necessariam, vt viuere possit. *Respice* (inquit) *volatilia cæli, & g. cornos quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?* O Pater cælestis, hic video, quàm multum me ames, & quanti facias: siquidem mihi non serenti, neque metenti, neque horrea habenti, panem hunc vitæ è cælo mittis. Tu Domine illum in terra seminasti, & morte melluisti, & in cælestibus horreis collocasti; & inde quotidie ad me mittis, vt sit meum nutrimentum! Benedicta sit Paterna tua prouidentia; per quam suppliciter oro, vt ita me disponas, vt eius fructu frui possim.

FERIA quinta, consideranda est quinta petitio, & aspiciendus hic Dominus in Sacramento tanquam mundi Redemptor, ad quem spectat di-

4
vt benigniss. omnium
prospector.
ePsal. 144.
16.

Mat 6. 26.
gl. 16. 12. 24

5.
tanquam
mundi Re-
demptor.

In Eucha-
ristia sacra-
omnia Chr-
merita sunt
recondita-

tere omnia peccata, & soluere debita nostra. Perpendenda itaque est
piosa eius redemptio, propter infinitum precium Sanguinis sui, quem
cruce pro nobis effudit cum immenso amore & dolore. Hoc autem
tantum precium tanquam in deposito est in precioso sanctissimi huius Sac-
ficii & Sacramenti scrinio: in quo sunt recondita merita & facis. Et
ipsius Saluatoris. Ex quo tantum est tibi accipiendum, quantum sufficit
ad omnia tua debita exsoluenda. Ut autem doceret te quantum referat,
dimittere tuis debitoribus, ut ille tua peccata ac debita dimittat: ipse
cessit hoc exemplo. Quando enim erat in cruce, exsoluens omnium debi-
ta: ipse, quantum in se fuit, dimisit inferentibus sibi iniuriam; dicens
æterno suo Patri: *h Pater ignosce illis, non enim sciunt, quid faciant.* Hoc
ritu assistens huic Sacrificio, dicere poteris Deo magna cum humilitate
fiducia: *dimitte mihi Domine debita mea*: pro quibus Redemptor meus
soluit: & ecce precium nunc tibi offero, quod ipse mihi, ad ea solvenda
dedit. Ego ex corde meis debitoribus omnia dimitto, sicut ipse dimisit
ut & tu mihi dimittas, & ab omnibus meis culpis ac peccatis liberum facias
Amen.

h Luc. 23, 34

6. tanquam
Dux prote-
ctor & ad-
iutor

FERIA sexta considerationis argumentum erit sexta petitio: a qua
ergo illum tanquam Ducem, Protectorem, & Omnipotentem adiu-
vorem: contra cuius potentiam nec Dæmon, nec totus infernus, nec ma-
dus nec caro prævalere poterunt. Machinæ tentationum, & certamina
eorum, evanescent tanquam fumus coram ipsius Omnipotentia, & hoc
Diuino Sacramento: cuius virtus præbet arma offensiva ac defensiva
tra eas. De ipso enim intelligitur illud Prophetæ; *i Deus ab austro ventus
& Sanctus de monte Pharan; cornua, siue arma & instrumenta potentia
sua, in manibus eius: tibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibi moratur.*
Et egredietur Diabolus, totus confusus & calcatus, ante pedes eius. Et qui
mirum, quod fugiat ex Missa, in qua representatur memoria ipsius de-
structionis & fugæ: præcipue cum in ipso Sacramento sit idem ipse, qui
ipsum vicit, & fugere coegit. Qui in manibus suis seruat vulnera, quibus
illum vicit; & fortitudinem retinet, qua illum subiugavit; nec potest
abique ipsius voluntate, eius electos tentare, aut aggredi, quare ab eo
tes, ne permittat te adeo tentari, ut succumbas.

i Habac. 3, 3

Dæmon per
missam su-
gatur.

7. ut est iu-
mè miseri-
cors.

SABBATHO eundem Dominum aspicias, quæ est summè misericors
& potens ad eruendū te ab omni genere mali, & miseria præterita, præse-
nti, ac futura: nullo ex parte ipsius termino, aut limite constituto. Venit
autem ad Sacramentum, ut erga te exercent opera misericordie. Vitat
enim te tanquam ægrotum, ut te sanitati restituat; induit tanquam
nudum gratia sua; pascit te corpore & sanguine suo, tanquam esurien-
tem & sitientem; redimit te à passionibus tuis, à quibus captivus tenetur

batis; docet te, tanquam ignorantem; parcit tibi, tanquam peccatori; & pro te orat, tanquam tali subsidio indigente. Et in omnibus tuis necessitatibus habes hunc, quasi advocatum & misericordem Patrem: qui commiseratione tui motus cupit ab eis te liberare. Quare magna cum fiducia dicere ei potes, ut ab omni te malo liberet, cum ipse sit fons omnis boni.

CAPVT XIV.

RELIQVA PARS MISSÆ VSQVE AD EIVS FINEM,
Egratiarum Acti.onem.

IN ISTA PRECATIONE DOMINICA, DIVIDIT, SACERDOS Sacram Hostiam; cuius partem particulam mittit in calicem: in signum, quod in die Resurrectionis Domini coniunctus est Sanguis eius corpori. Et quemadmodum Hostia, quoad accidentia panis, est res sicca; imbibens: que accidentia vini humectatur: ita Iustus cum communicat, inuisceratur modo quodam nouo, cum Christo; & participat feruorem deuotionis, & amoris, quem vinum significat. Et hoc spiritu facienda est hæc cæremonia, ut fructum & utilitatem nobis adferat. Statim postea dicit Sacerdos *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi misereere nobis; & dona nobis pacem.* Quæ oratio est deuotissima & ad communionem præambula: quam merito etiam dicent circumstantes, propter spirituales suæ communionem, eliciendo actum Fidei circa eam veritatem, quod qui ibi est, sic verè Agnus Dei, & Filius Dei vini: cuius carne & sanguine nutrimur; cuius lana, quæ est eius Charitas, induimur; eumque Patri offerentes, ipsum placamus: quia ipse est, qui se in cruce eidem obtulit pro peccatis mundi: sibi que retinuit semper hoc officium, & conseruat Agni mansuetudinem; ut animum nobis addat, ad petendam ab eo misericordiam, & pacem. Ter autem repetitur hæc oratio: ut dicamus, quam instantè agere apud ipsum Dominum debeamus, quando aliquid, ab eo petimus. Eodem spiritu accipiens Sacerdos Sacram Hostiam in manu, dicit etiam ter: *Domine non sum dignus* &c. & ita confitetur suam indignitatem, ad suscipiendum tantum Dominum: simul tamen eiusdem Domini conficitur Omnipotentiam, cum ait, *tantum dico verbo, & sanabitur anima mea.* in cuius orationis affectu fructus consistit Cõmunionis spiritualis: quod videre licet in eo, quod euenit Centurioni: qui primus hæc verba dixit Christo, offerenti se ire ad eius domum *ut puerum eius*

sanaret;

1.

Communionis fructum.

2.

Ad Agnus Dei, quos a se elicens oporteat.

3.

item, Domine non sum dignus.

2. Mat. 8.7.

LUC. 7. 6.

sanaret; cuius fidē & fiducia vidēs, Christus dixit: *vado, & sicut credidisti mihi tibi.* Et sanatus est puer in illa hora. Hunc in modum qui Missæ interet simul cum Sacerdote verba illa dicere debet: exercendo actus Fidei, Sp̄s & Charitatis; valde optando, hunc Dominum ingenti cum amore excipere attendendo ad infinitam eius bonitatem; & ingens bonum, quod ex eo hospite in domum suam excepto, sibi pueniet; ex altera tamen parte se contrahendo, & humiliando, agnoscens propriam indignitatem & utilitatem. Et quasi medium quoddam accipiat, ad simul exhibendam debentem tantæ maiestati reuerentiam, & propriæ necessitati prospicientiam accedit Spes, dicens ipsi Domino: *Dic tantum verbo, & sanabitur anima mea nam quod re ipsa accedens sub tectum meum perficeres, verbo idem potestare poteris.* Et ita sicut Christus Dominus noster non intrans in domum Centurionis, contulit eius puero integram sanitatem: atque si verè fuisse ingressus: ita euenire potest, vt tanto Spiritus feruore hanc facias Spiritualem communionem: vt tantum gratiæ augmentum promerearis, quantum ipse Sacerdos recipit ex communiōe Sacramentali; propter quam tamen, si ille similem haberet dispositionem, copiosorem reciperet gratiam

Tres consideraciones ad communium suis affectibus.

EX HIS omnibus deducitur, tres consideraciones facere Communionem Spiritualem cum affectibus ab eis prouenientibus. *Prima* consideratio est, magnitudinis & amplitudinis Christi Domini nostri, quæ est Deus & homo, Redemptor, ac benefactor noster, adiunctis feruentibus desiderijs eum recipiendi; vt cum ipsius Spiritu nostrum coniungamus. *Secunda*, est innumerabilium nostrarum miseriarum: ob quas supremo hoc beneficium indigni sumus: adhibitis affectibus humilitatis, & reuerentiae, excitato in nobis desiderio, vt tales simus, quibus liceat facultatem petere ipsam recipiendi. *Tertia* est, infinitæ liberalitatis, misericordiae, & omnipotentiae huius Domini, quæ non est Sacramentis alligata, cuius nos non negligimus illa recipere: idedque confidere debemus, posse ipsam nobis, qua via & modo voluerit, subuenire; quod vt faciat, petemus ab eo feruentibus orationibus, nosq; in eius manus cū integra resignatione precipiemus. Et hac ratione paulatim disponitur magis cor nostrum ad recipiendum hoc Diuinum Sacramentum, eiusque fructus plenius colligendum. In primæua enim Ecclesia fideles quotidie communicabant in Missa de manu Sacerdotis celebrantis, postquam ipse communicauerat: interea cantabatur Psalmus aliquis, cuius loco nunc dicitur versus aliquis aut lectentia, quæ appellatur *Communio*. Et Sanctum Concilium Tridentinum dicit, se optare, morem illum antiquum ita renouari, vt in singulis Missis Fideles adstantes non solum Spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicent: quod si id temper fieri non potest

test expedire certè, vt primum, quod de spiritali communionè dictum est, semper fiat.

Actio gratiarum.

PERACTA Communionè, reliqua Missæ pars dirigitur ad gratiarum actionem, & petendum à Deo Domino nostro fructum, bonumq; accepti Sacramenti vsu; & imponitur finis verbo illo: *Deo gratias*, quod bis repetitur: semel, cum Sacerdos dicit: *Ite, Missa est*: aut: *Benedicamus Domino*; & iterum finito Euangelio Sancti Ioannis. Nam (vt SS. Dionysius & Augustinus dicunt) actio gratiarum debet esse finis, & conclusio Sacrificiorum, omniumq; Sacrorum operum: quare etiam Sacerdos, finita Missa, dicit priuatim canticum: *Benedicite omnia opera Domini Domino*: quo inuitat omnes creaturas cœli & terræ, non solum Angelos, Sacerdotes, & Iustos, sed etiam Solem, Stellas, Elementa, & res insensibiles: vt omnes Deum laudent pro beneficio ad eum insigni, quo nos afficit; suppleantq; debilitatem nostram in reddendis gratiis pro dono ad eum glorioso. Hoc facit Sacerdos tanquam publicus Ecclesiæ Minister; tanquam persona vt priuata decet vt seorsum se colligat ad agendum cum Domino, quem intra se habet: vt tunc expleat consilium Euangelicum Christi Domini dicentis: *a cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito*: qui est in cœlis, & manet etiam intra cor tuum, videns & audiens quid agas: & quod amplius, paratus etiam est te inducere, docere, & auxilium præbere ad orandum, sicut oportet. Meminerit Sacerdos se, cum communicat in Missa, repræsentare sepulchrum Christi Domini nostri: Et quemadmodum, sepulto eo, occluserunt & b muniuerunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus: ita qui communicat estq; viuus sepulchrum Christi viuientis: statim atque ipsum intra se accepit, debet huius sepulchri portas occludere, & obsignare; suas scilicet facultates & sensus; ne quid ingrediatur, quod ipsum pacem impediatur, aut turbet; Sanctosq; Angelos possunt turbare. Et sic intra suum sepulchrum, hoc est ad sua interiora ingressus, suas cogitationes, & affectus in eo Domino ponat, quem intra se, non mortuum habet sed viuentem, incipiatq; cum eo agere humiliter & confidenter. Et in primis gratias ex corde agat, ob collatum sibi beneficium, quo tali visitatione indignum visitare ipse dignatus est: deinde proponat ei valde minutim & exactè omnes suas necessitates, vt eas dignetur reparare; & supplicet orer, ne illis non reparatis, à se discedat. Tertio, nouas petat gratias ad ipsum magis diligendum. eiq; letuendum. Et super omnia hæc in eius conspectu & cum ipso conquiescat cum affectu amoris, gaudij, & complacentiæ, quasi dicens: *e inueni quem diligit anima mea, tenebo eum nec dimittam. Et d lactetur cum eo, sicut al-*

Eccles. Hierar. c. 3. Epist. 9 q. 3

Collectio & exercitium Sacerd. post Missam. Mat. 6. 6.

Matth. 27. 66.

Cant. 3. 4 d Genes. 32. 24.

semper tibi seruians; & crescente beneficio, animi mei gratitudo etiam crescat. Ad idem spectat initium Psalm. 106. *Confitemini Domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius.* circa quem perpendenda primùm est miseria nostra, quæ ob oculos proponitur cum dicit: *esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis deficit:* in omnibus enim rebus temporalibus misera huius vitæ, nihil est, quod famem & sitim nostram satiari possit: ideoque necesse est nos perire, nisi Deus subueniat. Sed in hoc Diuino Sacramento omnino nos sariat. Quamobrem: *confiteantur Domino misericordia eius: & mirabilia eius filii hominum. Quia satiavit animam inanem: & animam esurientem satiavit bonis:* quod facit in Diuino hoc Sacramento, quod infinitas continet misericordias, & mirabilia. quæ omnia ipsam laudant, qui ea fecit, & facit in cõmodum filiorum hominum; qui & ipsi eundem laudent, & benedicant propter accepta ab eo beneficia. Est quoq; aptissimus in eundem finem Psalmus. 115. quem Sacerdos postquam Sacram Hostiam sumpsit, antequam sumat Calicem dicit. Nam subsistens aliquid tantulum in considerandis bonis, quæ cum sacratissimo Christi corpore accepit: in eam postea sententiã magno affectu erumpit: *Quid ret ibi uam Dom. no pro õnib; qua retribuit mihi:* Cũ in hoc solo Sacramento omnia contineantur; eòque sit summum bonum, in quo omnia bona latent. Et sacrum Calicem, accipiens, quasi respondeat sibi interroganti: *Calicem, inquit, salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.* Sanguinem scilicet preciosissimum, qui in hoc Salutis meæ calice continetur, accipiam, in gratiarum actionem pro innumeris bonis, quæ cum Sanctissimo suo corpore mihi est largitus. Et quoniam cum ipso Sanguine eadem bona recipio, ac propterea est singulare omnino beneficium: pro utroque laudabo semper sanctum eius nomen, & cupio, ut totus mundus ipsum laudet, ac benedicat: & cum Angelorum Hierarchijs nouum illud canticum canter in honorem huius Sacrificij, quod eius mortem repræsenterat: *dignus est Agnus, qui occisus est, (& qui hic immolatus est) accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & gloriam, & honorem, & benedictionem, in secula seculorum, Amen.*

Luc. 7. 6.

k psalm.
115. 12.

Apo. 5. 12.

CAPVT XV.

VALDE SANCTAM ET UTILEM ESSE DEVOTIONEM
legendi, & audiendi Missam.



Excelsis. &
vtilis. est
sacris. Miss
sa.

3. p. 7. 73.
2. 6.

2. Deut. 16. 5.

b. Leuit. 16.
2. 17.
Heb. 9. 7.

INTER Omnes Ecclesie Catholice deuotiones nulli
excelsior, sanctior, vtilior est, ac iucundior: quam quod
Sacerdotes quotidie Missam legant, & reliqui illam
audiant: quamuis pro secularibus excipiendus sit vnus
Sanctorum Sacramentorum Confessionis & Com-
munionis Sacramentalis, qui illis est maior & vtilior.

AD C V I V S exactiorem intelligentiam pre-
supponendum est: inter alias legis gratie exco-
lentias, eam esse valde admirabilem, quod in Sa-
crificio summam prestantiam cum summa frequentia coniungat. Nunc
in mundo omne pretiosum, vt dicitur, est rarum; & quod commune est
& ordinarium, solet vilescere, & contemni. Et in antiqua lege Agnus
Paschalis, qui (vt Sanctus Thomas ait) est expressissima Divini humani Sa-
crificij & Sacramenti figura: quia omnes illum sacrificabant & edebant
non offerebatur nisi semel in anno, & a Ierosolymis tantum, confluentibus
ad eam in eum finem Hebraeis totius regionis. At noster Agnus Paschalis
Christus Iesus in omni loco & tempore; in omni templo, & quotidie sa-
crificatur & sumitur. Et omnes Christiani interesse possunt Sacrificium
& preciosam hanc oblationem comedere. Olim b Summus Sacerdos semel
tantum in anno ingrediebatur in Sancta Sanctorum, vbi erat Propitiatorium
ad orandum pro se, pro familia sua, & pro omni populo; offerens Sacrificium
Thymiamatis, quod ponebat super prunas: & nullus hominum poterat
cum eo ingredi, aut assistere ei, quod ille faciebat. Nunc autem quilibet
Sacerdos etiam ex minoribus potest quotidie ingredi in Sancta Sancto-
rum Ecclesie, & orare coram Propitiatorio, Christo Iesu, pro se & pro
toto populo, licetque alijs ipsum comitari, & omnibus Fidelibus ei assis-
tere. Quod si Christus Dominus noster voluisset, vt ipsius, dona eorum
rara essent, plaris fierent; & constituisset vt celeste hoc Sacrificium semel
tantum in anno offerretur, aut in vna tantum Christianitatis ciuitate, aut
in vno tantum templo cuiusvis ciuitatis: aut per vnum tantum Sacerdo-
tem: omnes contentione quadam confluisissent die illo ad prescriptum
locum, vt viderent & fruerentur adeo precioso dono, & millies feliciter
eum iudicassent, cui talis fors contigisset, vt in Sacerdotem eligeretur ad
tale Sacrificium offerendum. Infinita tamen eius charitas noluit hos ter-
minos & limites dono suo, etiam preciosissimo, prescribere; sed genera-

tem facere potestatem, ut quotidie eius possent esse participes. Ac propterea Sacrificium hoc in praesentia duodecim discipulorum suorum obtulit dicens eis: *Hoc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Quibus verbis aperte satis significauit, se potestatem eis facere, saepe idem faciendi non constituto numero, aut limite: imò inuitabat, & prouocabat, ut Sacrificium hoc quotidie offerrent, ut ei placerent, & explerent eius desiderium: & continuam eius memoriam seruarent: quò reciprocum erga eum amorem ostenderent.

IVEBBAT in antiqua Lege Deus, d offerri sibi iugiter per singulos dies agnos anniculos duos: alterum mane, alterum vespere, & decimam partem simila hoc est floris farinae purissimae, conspersa oleo iuso; & unam mensuram vini in agno uno; & hoc fieri super altare in conspectu Dei: ubi constituam, inquit, ut loquar ad te: ibique praeicipiam filiis Israel. Hoc dixit Deus Moyfi ad significandum, quòd Christus Dominus noster, Agnus qui tollit peccata mundi, pro cuius reparatione sacrificatus & mortuus fuit feria sexta vespere, & resurrexit die dominico mane; Sacrificandus esset perpetuò quotidie in altari Ecclesiae sub speciebus panis & vini, & valde copiosè largiturus purissimum gratiae suum oleum, dignè sacrificantibus, & ipsum suscipientibus; admittens eos ad suam dulcem familiaritatem, & consuetudinem. Quis igitur erit Sacerdos, viuae fidei lumen & aliquam verae charitatis scintillam habens, qui non libenter & cum animi sui oblectatione velit oblationem hanc Agni huius quotidie offerre, dulcisque adeo cibi particeps fieri? Et quis Christianus non studeat, quotidie assistere eiusmodi oblationi, & Missae interesse, & multis quidem si posset: cum quotidie multae offerantur in odorem suauitatis ipsi Deo, & quietis ac tranquillitatis nostrarum animarum, colloquendo & agendo cum ipso Domino, omnium bonorum fonte. Ut autem magis appareat celsitas & utilitas huius deuotionis, comprehendemus hic breui summa quaecunque hactenus de Missa diximus: tam quoad Sacrificij ipsius substantiam, & fines, propter quos offeruntur: quam rerum, quae illud comitantur. Ut haec magnalia & utilitates videntes, afficiamur ad Sanctum illud exercitium, in quo illae continentur; illudque praefereamus alijs multò inferioribus.

§. I.

PRIMUM Diuina Lex obstringit nos, ad deferendum honorem & adorationem Deo nostro; offerentes ei Sacrificia in testimonium infinitae ipsius excellentiae. Et quamuis hoc praecipram, eò quòd sit affirmatiuum, non obliget in particulari fideles, nisi certis quibusdam temporibus: est tamen valde gloriosum, Deiq; voluntati valde conforme, ut

1. Corinti
21. 25.Exodi. 29
8.Christus
quotidie offerri potest.Lipman. in
Catech.Causa quare
Missae sacrific. offeren.

1.
Lex obli-
gar.

quotidie executioni manderetur : offerendo celsissimum hoc Sacrificium in eius honorem eo modo , quo Sacerdotes Missam facientes , aut alij eam audientes . Cùm igitur ipse quotidie beneficia nobis collatis , honorem nos quotidie afficiat : quid mirum , si & nos eum quotidie honore afficiamus ; quia maximo est honore dignus ? etsi enim ipsum quotidie honoremus , semper tamen multumque distabimus ; cum ipse sit infinitè æternâ gloriâ , honore , & laude dignus . Quamobrem ait Sanctus Iohannes , quod quatuor illa animalia requiem non habebant die ac nocte , & contentia : *a Sanctus , Sanctus Sanctus Dominus Deus omnipotens .* Aequissimum quoque est ut quo poterimus modo , quotidie conveniamus ad eum honorandum , dicentes in ipsa Missa eundem Hymnum , de quo ipse tantopere gloriatur .

Apoc. 4. 8.

2.
Gratitudo.

Ex quo secunda deducitur ratio : quia scilicet innumera sunt & inmensa beneficia , quæ ab ipso quotidie , imò singulis horis accipimus : & propterea gratitudinis lege deberemus quotidie , & horis singulis infinitas ei gratias reddere , si in finitâ nobis essent possibiles . Aequum igitur est , ut cum infinitum hoc Missæ Sacrificium nobis reliquerit ad hoc debitum ei exsoluendum : quotidie illud ei offeramus in gratiarum actionem pro tot beneficiis , quæ quotidie ab eo accipimus . Antiqui Patres sancti atque insigne aliquod beneficium à Deo accipiebant , erigebant altare , in quo aliquod Sacrificium offerebant . Cum igitur altare pro hoc sit erectum : æquum omnino est , ut quotidie hoc ei offeramus , siquidem quotidie adeo præstantia accipimus , quamvis non semper ea agnoscimus .

3.
Memoria
mysteriõ
Christi.

Huc accedit , quod beneficium Incarnationis , Passionis , & mortis ipsius Salvatoris , in cuius memoriam Missa fuit instituta , sit infinitum . Quid igitur æquius est , quàm quotidie animi nostri gratitudinem ostendamus , renouantes eius memoriam , ut honorem ei deferamus : qui tam nos beneficio affecit , totque bona nobis promeruit ?

4.
Peccata quæ
in illa exsol-
vantur.

QUARTO : quia quotidie peccamus , & nova quotidie ob culpas nostras debita contrahimus . Quæ igitur maior prudentia esse potest , quam dicere vel audire quotidie Missam : ut certiori , ac copiosiori solutione , & minoribus nostris expensis , quàm offerre pro illis possimus , eas exsoluamus : vna enim Missa bene quotidie oblata , plus soluit , quàm dies alij quot ieiunij , aut disciplinæ , & quodcunque aliud opus satisfactorium propter satisfactiones ipsius Salvatoris , quæ in ea nobis applicantur , & propter proprias , quæ accedunt ex deuotione , qua illam offerimus .

5

QUINTO : quia quotidie circumdamur innumeris periculis , tentationibus , & peccandi occasionibus , quas Dæmon , mundus & caro nobis

obtrahunt

obtrudunt: quæ autem solidiora & efficaciora arma contra eas arripere possumus, quàm ipsam Missam, quæ cœleste subsidium contra omnes nostros hostes impetramus, & Angeli, qui ei assistunt, in subsidium nobis aduenient aduersus Dæmones; & ipsemet Dominus causam nostram tanquam propriam suam suscipiet: quia summum, quem possumus, honorem in hac oblatione ei offerimus.

QVOD autem dicam de periculis corporalibus, & miserijs, quibus nostrum corpus est subiectum? Innumera sunt mala, quæ quotidie euenire nobis possunt contra vitam, salutem, honorem, facultates, & solatium; quædam publica, alia occulta: quæ nullâ humanâ industriâ præuenire, & euadere possumus: ad quæ tamen euitanda plurimum confert Missa, cuius valor terminum nullam habet: quam si quotidie Domino nostro offeramus, eum peruenemus, ut ab eis omnibus nos præseruet.

QVOD si cupias multum in perfectione & sanctitate proficere: quodnam medium suauius & efficacius ipsa Missa adhibere poteris in qua exercentur heroici omnium virtutum actus; Deoque offertur res præclarissima, quæ offerri ei potest: hic enim fides exercetur circa mysterium difficillimum; spes cum pignore certissimo; oratio cum fulcro Sacrificij & Ecclesiæ Sanctæ directione; charitas oratione & oblatione ipsius Missæ pro vivis ac defunctis. Quod si Sacramentaliter, aut spiritualiter communices, augmentum erit multò maius.

OCTAVO: quis filius non plurimum delectetur visitare quotidie suum parentem? & quis priuatus homo non studeat quotidie apud suum Principem aliquo tempore manere? Et quis ægrotus non afficiatur magna consolatione, quod videat quotidie suum medicum, à quo sentit morbum sibi alleuari? & quis discipulus non conuertetur frequenter cum sapiente suo Præceptore? Et quis tristis ac desolatus non gaudeat agere, quotidie aliquo tempore cum suo amico, à quo aliquod sentit solatium? Cur igitur non delecteris assistere quotidie MISSÆ, ad quam è cœlo venit tuus parens, tuus Princeps, medicus, Magister & amicus tuus verus? Cùm igitur magnus noster DEVS velit quotidie remedij & solatij tui causâ è cœlo ad terram venire: quid mirum, si & tu è domo tua ad templum te conferas, ut aliquid temporis in iucunda cum ipso conuersatione, & familiaritate expendas? apud nos in more est positum, ut cùm duo amici valde à te inuicem distant, cupiunt verò se mutuo videre, ita vitam partiantur, ut in medio itineris conueniant. At noster SALVATOR multò plus facit, qui è summo cœlo ad templa nostra descendit, ut

nos

quia arma
prebet ad-
uers. peccata

6.

quia à ma-
lis præseruat

7.

quia per
fectionem
promouet.

8.

quia in illa
cũ Deo òni-
a bona no-
bis conferre
agimus.

9.
Necessitas,
orandi.

10.
Facilitas
sacræ Missæ.

11.
quia Deo
summum
placet.
b Daniel.
8. 11.

12.
Quia Eccle-
sia summi
eam facit.

13.
Quia Deus
operâ in ea
locasam re-
munerat.

c Luc. 19. 11.

nos ed accedamus ad videndum, colloquendum, ac de nostris nego-
tijs cum eo agendum. Et quid magis frequenter in scriptura Divi-
na repetitur, quàm necessitas semper orandi, sine intermissione, omni
tempore: & qui iubet, nos quotidianum panem ab ipso petere pro hodie
etna die: signum est etiam velle, vt crastina die, perendie, & quotidia-
illud petamus. Quid igitur magis expediens, quàm quotidie Missæ immo-
esse, & in ipsius Domini præsentia precationem illam ei dicere, quàm
ipse iubet: qua petamus septem milla dona, quæ peti à se iubet. FACILITAS
etiam supremi huius exercitij nos inuitat, & allicit ad quotidie illud fru-
quentandum. Si enim offerenda nobis fuissent, sicut antiqui offerrebat
animalia, oues, arietes, & res aliæ variæ cum difficultate, & expensis, ab
quam habuissimus excusationem; nulla autem cogitari potuit oblatio
cillior ac suauior, quàm hæc sit; nam eam potius instituit Christus Domi-
nus noster in pane & vino, qui cibus est ordinarius: ed quod oportet
ordinarium & quotidianum: Huc accedit: quod Dæmon extraordinarius
quadam rabie Sanctissimum Missæ Sacrificium oppugnet, & per Hære-
cos Anti-Christi Præcursores contendat eam abolere. Et ipsemet Deus
Christus in mundi fine (vt ait Daniel) b *toller à publico vsu iuge Sacrificium*
quod signum est, valde illud placere Deo, & hominibus prodesse. Et
quamuis nihil aliud hic esset spectandum, quàm vt de spectus fieret Sabba-
næ: est valde ad rem quotidie huic Sacrificio interesse; & operam dare,
eius continuatio semper progrediatur ac proficiat. Et quamuis Ecclesia
constituerit integrum diem Dominicum, & aliorum festorum Divini
cultui dedicari: ad eundem tamen cultum, præceptum tantum ponit
ctum audiendi Missam: ed quod hic sit potissimum, in quo multa ad ipsius
Dei cultum & honorem spectantia continentur. Cum igitur Ecclesia Mis-
sæ auditionem tanti faciat: rationi est valde consentaneum, vt qui eius
filios esse gloriantur, non solùm in Dominicis & festis, sed reliquis etiam
diebus illi intersint, Deumque suum optimo, quo possunt, modo hono-
rent ac venerentur.

Hic addamus tantam esse Dei nostri Charitatem & liberalitatem
vt optantem ipsum, vt magis ei placeat, videre aliquo semper beneficio
singulari, & supra meritum, afficiat: quo bonum illud desiderium remu-
neret. Et qui ad Missam audiendam accedit, vt in consecrata Hostia ipsius
videat & adoret: non recedet inde absque magno al quo lucro, & tantum
talis aspectus. Præclara huius rei imago est, quod euenit Zachæo: nam
magno desiderio teneretur videndi Christum Dominum nostrum, qui
transibat versus Ierichò; nec possèt e præ turba, quia statuta passibus
præcurrens ascendit in arborem, vt eum videret: nihil aliud cogitans aut qua-
rens, quàm eum videre, & nosse; Sed Christus Dominus noster, cuius
derunt

derium eius valde placuit, *suspiciens*, & benignissimis suis oculis *cum viderem*, dixit: *Zachae, festinans descende; quia hodie in domo tua oportet me manere*, quasi distinctius ei dixisset; tu optasti hodie me videre; hoc igitur desiderium tuum hodie etiam remunerabo, ita ut me hospitio excipiens, & videas, & diutius mecum colloquaris; ita ut *hodie salus domui tua facta sit*, maneatque sanctificata. Quænam igitur dies, o mundi Saluator, futura est; in qua ego non studeam, te videre, ambularem per Iericho huius mundi rectum licet & velatum in Sanctissimo hoc Sacramento? Quomodo non quotidie cupiam te aspicerem, transeuntem in hoc Sacrificio: qui ad eos liberalis in eos, qui te videre desiderant? Et si satis mihi existimo esse, quod solum te videam, indignum me reputans, qui te hospitio recipiam: tu cordi meo loqueris ac dices; ingredi in domum tuam, quia hodie volo apud te manere. O Divinæ Charitatis celsitudinem! quæ ita benigne suaviterque agit cum his, qui te aspiciunt: ut in eorum animas spiritualiter ingrediaris, eosdem visitans, & consolans tuâ præsentia; totque bonis eos replens, ut dici possit: *hodie salus domui huic facta est*; quia salutis auctor in eam est ingressus. Sed quid dicemus, quando ipse Sanctissimi Sacramenti aspectus, affectum excitat, & voluntatem ipsum accipiendi: imò tantam excitat famem, ut homo non satietur, nisi regia ipsius præsentia, quam in Sacramentali sumptione accipit? Sæpè hoc accidit humilibus & pijs animabus, cum Missæ interfunt; quas vehementibus inspirationibus hic DOMINVS ad Sacram communionem impellit, dicens eis idem, quod ZACHÆO: ingredi in domum tuam, eamque studiosè præpara, & exorna: quia hodie in Sacra Communione volo ad eam venire. Et cum hac ratione eam ingreditur, maiori cum efficacitate dicit: *hodie salus domui huic facta est*: manet enim locupletata, & beata ex mea præsentia.

DENIQUE omnia hæc bona & commoda, quæ Missa adfert, voluit Deus confirmare multis & præclaris miraculis editis in fauorem eorum, qui laudabilem hanc tenuerunt consuetudinem. Aliquos enim eripuit à fornace ignis; alios à fulminibus aut morte subitanea; alios à vehementibus tentationibus; alios à vinculis & carceribus; alios ab hostium suorum incuribus. Sed quid mirum, quod qui quotidie tot edit prodigia, etiam si invisibilia: ut fiat Sacrificium & cibus noster, faciat etiam multa visibilia: ut à nostris periculis per hoc medium nos eripiat? Si d *serpens aneus prodigio in altum eleuatus*, prodigio: è sanabat percussos à veris & venenatis serpentes: quid mirum si quotidie Christum Dominum nostrum in Missa aspicerem, cum in Sacra HOSTIA & CALICE eleuatur, satis sit, ut etiam miraculosè, si id opus esset, à nostris doloribus & aduersitatibus liberemur? Ne desit nobis Fides, ne deuotio nostra intepescat: cum enim

14.

d Num. 9. 12

Diuina bonitas & Omnipotentia non imminuatur, non desinet laborare confugientibus ad ipsius misericordiae thronum, qui est Sanctissimum Missae Sacrificium.

§ II.

EXDICTIS deduci debent duo magni momenti documenta. Primum pro Sacerdotibus, quos haec rationes magis obstringunt, & urgent ad quotidie celebrandam Missam cum maxima, qua possunt deuotione. Quibus tamen rationibus aliae adhuc valde efficaces adduntur.

PRIMA, ob insignem utilitatem, quae illis prouenit, non solum Sacrificij oblatione; sed etiam ex ipsius Sacramenti sumptione. Estque insignis prodigalitas priuare se tanto bono, quod possit adeo facile obtineri. Et est quasi contemptus quidam, aut exigua certè aestimatio, costis huius Mannae, & panis super substantialis; quod non sumatur quotidie; cum tam facile fieri possit, ut videri potest in quarto tractatu primi tomi.

SECUNDA ratio est ob ingentem utilitatem, quam adferunt ecclesiae vniuersae, & omnibus fidelibus viuus ac defunctis. Est enim eius Charitas, breuisque misericordia, tanto bono eos priuare, cum nulla ad adsit causa, quam ignauia & negligentia propria. Sacerdos (ait Beda) qui absque legitimo impedimento Missae celebrationem omittit, quantum in ipso est Sanctissimam Trinitatem priuat laude & gloria; Angelos iustitiae; peccatores venia; iustos auxilio & gratia; existentes in purgatorio subsidio & refrigerio; Ecclesiam ipsam ingenti beneficio; & seipsum medicina & remedio.

PRÆTEREA (ut ait S. Thomas) non est tutum, a *in vacuum gratiam Dei recipere*, & *b talentum à Domino acceptum fodere in terram*; & non exercere officium sibi commissum. Cum igitur Sacerdotis officium sit Missae celebrare, & pro fidelibus omnibus orare; & gratia Sacramenti ordinis ad hoc sit illi data: malè omnino faceret, si ab hoc exercitio semper se abduceret, etiam prætextu reuerentiae & humilitatis. Cum enim officium & gratiam habeat ad illud exercendum: non erit contra reuerentiam & humilitatem frequenter illud exercere.

PRÆCIPUE, cum satis constet id esse magis conforme præcepto Christi Domini nostri, cum dixit Apostolis, eorumque successoribus: *Hoc facite in meam commemorationem*. Qua sententia, ut concilium Tridentinum declarat, hoc Sacrificium offerri præcepit: Et quamuis hoc præcepto non obligenter ad Sacrum quotidie faciendum, quia solum commendat, ut id faciant Dominicis minimùm & festis solemnibus: dabitur

1. Documentum

1

2

Idem S. Bonau. tract. de prepar. ad Missam c. 5.

3.

3. p. q. 82. a. 10.

a. 2. Cor. 6. 1.

b. 2. Matih. 23. 18.

4

c. Luc. 22. 19.

Sess. 22. c. 1.

Sess. 23. c. 4.

de Reform.

tamen non est, quin sit obedientia futura perfectior, si id quotidie faci-
ant; contententes, quantum in ipsis erit, vt hoc Sacrificium continuetur,
neque ipsorum negligentia interrumpatur.

Hic accedunt omnes rationes positæ in quarto tractatu primi tomi:
quæ exhortantur ad frequentem Sanctissimi Sacramenti sumptionem,
quod si debet esse panis quotidianus aliquibus Fidelibus: multò id magis
conuenit Sacerdotibus.

DENIQUE hic mos approbatus est, & confirmatus exemplo Sancto-
rum, qui de eo gloriabantur: de quo S. Andreas Apostolus Tyranno illi
Egeæ dixit: *ego Omnipotenti Deo quotidie immolo immaculatum Agnum.* San-
ctus Hypolitus Martyr explicans extremi iudicij sententiam, inducit
Christum Dominum loquentem cum bonis Sacerdotibus, ac dicentem:
venite Pontifices qui mihi quotidie Sacrificium purè obtulistis, corpusq;
& sanguinem meum preciosum mihi Sacrificastis. Idem faciebat S. Cy-
prianus, & quidam alius Episcopus nomine Cassius, cuius consuetudinem
(vt refert S. Gregorius) approbavit Christus Dominus noster, iubens ei
dici: age quod agis, operare quod operaris: citò enim venies ad me & re-
tribuam tibi mercedem tuam. Et vt idem S. Gregorius perpendit: qui
quotidie iudicis aduentum expectat, æquum est, vt quotidie legationem
sue nuntium ad eum mittat, rogans ea quæ pacis sunt. Quæ autem lega-
tio potest aptior esse, quàm ipsa Missa: si quotidie offeratur ad pacem cum
Deo habendam?

SED quoniam bona consuetudo multum amittit, cum ex sola consuetu-
dine, absque spiritu & deuotione, aliqua seruat: necesse est ita Sacerdo-
tes assuescere, quotidie Missam legere, vt quotidie tanto spiritus seruo-
re eam faciant, sicut primas; quæ ob nouitatem, solent maiori cum deuo-
tione, reuerentia, & quiete fieri. Quam ob causam cum Deus in lege An-
tiqua iussisset offerri sibi quotidie duos Agnos & modum præscripisset,
quo alter esset mane offerendus, adiecit: *d alterum agnum offerendum esse
ad vespertinam in xaritum matutina oblationis.* vt ex ea repetitione intelligerent,
se non debere Sacrificij seruo-rem relaxare, eò quòd esset secundum & ad fi-
nem diei. Ac propterea etiam Sacerdos (vt supra diximus) semper inchoat
Sacrum dicens: *intraibo ad altare Dei,* & Christum qui renouat iuuentutem
meam. Et qui ob frequentiam faciendi Sacrum, aliquid remitteret de re-
uerentia: expediret ei abstinere interdum, cum sancto timore: vt postea
maiori cum seruo-rem & amore accederet. Ex quo satis apparet, ita de-
bere Sacerdotes vitam suam componere: vt quotidie possint Missam
dignè celebrare: Propter hanc enim occasionem dixit Ecclesiastes
(vt supra perpendimus:) *e Omni tempore sint vestimenta tua candida*

Epist. 54.
Homil. 37.
in Euang.

2. Docum-
tum.

d. Exod. 29.
41.

e Eccles. 9. 8

r. f. s. T. l.
p. q. 8. a.
Sed. con.
a.

uasi quotidie adfuturus conuiuio nuptiarum celestium, Quamuis autem
em leuibus aliquibus culpis interdum afficiantur: non propterea
debent pusillanimes: imò etiam si lapsus aliquis accidat grauis: modò
tunc studeant per pœnitentiam surgere. Propterea enim S. Ambrosius
dixit: g. aue est, quod ad mensam Domini mundo corde & manibus
nocentibus non venimus; sed grauius est, si dum peccata metuimus, etiam
Sacrificium non reddamus. Et cum iustus septies cadat in die, & reser-
gat: si Sacerdotes quotidie ceciderint, quotidie etiam surgant, & sanctam
Missam celebrent, & communicent. Quod tamen faciendum non est pro-
cipuè propter aliquod temporale commodum; sed propter finem
motiua prædicta. Ex quo proueniet, ut non celebrent cursim, & festina-
ter, ut citò se expédiant; sed cum grauitate, moderatione, & more con-
nienti; ut cum debita deuotione & reuerentia celebrent. Neque propter
humanos respectus, scilicet audientium, citius se expédiant. Siquidem
eo actu sunt omnibus superiores, etiam mundi Potentatibus, ac Regibus.
In cuius testimonium statuit Ecclesia: Sacerdotem, cum sacris vestibus
indutus exit ad altare, aut ab eo redit, nulli hominum debere pileum de-
ponere: eò quod in illa actione personam gerat Christi. Cum etiam in or-
micis actionibus, qui Regis personam gerit, & sicut Rex est indutus
quamdiu actio illa durat, loquitur, agit, & omnes corporis motus di-
rigit, atque si verus esset Rex. Multò igitur æquius est, ut in Missa Sacer-
dos ad viuam Christi personam, opus illud cum ea grauitate, mo-
destia, & Sanctitate peragat, qua ipsemet Christus fecisset; in quantum pos-
sunt creatura ipsum imitari.

HIS similia sunt documenta, quæ concernunt Sæculares, Missam
stantes: qui etsi assuescant quotidie Missæ interesse, non tamen debent
sola consuetudine id facere; sed ex feruore Spiritus: neque erit difficile
tædium deponere, si bene ad eam attendant modis superius positis: ve-
riatis scilicet considerationibus per dies hebdomadæ, & suo ordine re-
nouatis. Ex quo etiam proueniet, ut non cupiant, eam citò absolui; sed
multò minus Sacerdotes urgeant, ut se expédiant: nec quidem tale des-
derium eis aperiant. Id enim esset eos prouocare, ut officio suo non bene
fungantur. Audiant, qui tales sunt, querelas Sancti Augustini ad
plebem Hiponentem: volo, inquit, de vobis conquiri ob rem quandam
valde mihi ingrati, ac molestam. Sunt enim vestrum aliqui, & præ-
cipuè huius sæculi potentes, qui ad Ecclesiam venientes, non habent debi-
tam deuotionem ad laudes diuinas celebrandas; sed urgent potius Sa-
cerdotem, ut Missam abbreviet, & ad ipsorum arbitrium canter, nec per-
mittunt, Ecclesiasticum ordinem seruare, propter suam gulam; & assu-
am; ut eant ad conuiuia, aut ad sua negotia terrena. Magnam tantum
exigunt

exiguae fidei ac devotionis indicium est: quod comica aliqua actio trium
 horarum videatur ipsis brevis; Missam autem, quae duret semihora, iudi-
 cent nimis longam. Et satis est, si hoc tempore, quod ad excelsum adeo
 mysterium est valde breue, contenti simus: quamuis, attenta nostra imbe-
 cillitate, videatur satis moderatum: vt imitemur quod dixit, S. Ioannes
 quod *f. cum Angelus aperuisset sigillum septimum factum fuerit silentium in cae-
 lo, quasi media hora.* Fiat igitur silentium in Ecclesiae caelo per semihoram
 qua Missa durat. Silentium dico, vt cessent confabulationes impertinen-
 tes; multoque magis negotia profana. Nam omnia tempus habent: Missae
 autem tempus non est ad garrendum, aut agenda negotia; sed ad oran-
 dum, & meditandum. Quod si comica actio cum attentione & silentio
 auditur: (ad nostram confusionem hoc vtor exemplo) cur non cum atten-
 tione & silentio actio haec adeo Diuina audiatur? Si censetur inurbanitas,
 loqui aut negotia aliqua in praesentia Regis terreni tractare; quid erit idē
 facere in praesentia Regis caelestis? Si apud Romanos cū Sacrificia sua falsa
 offerrent, solum audiebatur vox Praeconis clamantis: *Hoc age, quod agis, Hoc
 agite.* Quanto magis erit rationi consentaneum, vt qui vel legunt, vel aut
 diunt Missam, attendant ijs quae agunt; cogitantes, ipsummet Deum, aut
 Sanctum eius Angelum, ipsos monere, & attendere, an acquiescant admo-
 nitioni. Qui ad Ecclesiam venit (ait S. Augustinus) non debet corpore
 intus esse & corde exterius. Totus intus esse debet. *Si intus est quod videt
 homo, quare foris est, quod videt Deus?* Totus igitur homo corpore & spiritu,
 & omnibus suis facultatibus intra Ecclesiam esse debet, attendens ad
 officium Diuinum, quod in ea fit: magis enim rationi est consentaneum,
 Deo placere & latifacere, quam hominibus. Ad id porro iuuerit non pa-
 rum, quod in proximo tractatu dicturi sumus de Horis

Canonicis, & modo eas
 legendi.

